el pecado es una transgresión; es decir, se da cuando el hombre, apeteciendo más, sobrepasa la medida justa. Por esto mismo el Apóstol llama a la avaricia la raíz de todos los males. Y al alma que adúlteramente se aparta de Dios, él parece decirle: «Esperabas que apartándote de mí ibas a poseer más». La transgresión, es decir, el pecado, está en relación estrecha con el sujeto del mismo porque quiere encontrar satisfacción para él en particular. Por ello son reprendidos quienes buscan sus cosas y no las de Jesucristo, y se alaba a la caridad, que no busca sus intereses. En consecuencia, el número once, mediante el cual se significa la transgresión, no se ha de multiplicar por diez, sino por siete, y dará la cifra de setenta y siete. La transgresión no dice relación a la Trinidad creadora, sino a la criatura misma, es decir, al hombre; criatura que manifiesta el número siete. Tres se refieren al alma, donde reside una cierta imagen del Creador, y cuatro al cuerpo. Conocidísimos son los cuatro elementos que constituyen el cuerpo. Quienes no los conozcan, pueden fácilmente contemplar que el cuerpo del mundo, en el cual se mueve espacialmente el nuestro, tiene, por así decir, cuatro partes principales, que también la Escritura divina menciona de continuo: oriente, occidente, sur y norte. Y porque los pecados o bien se cometen en el alma, por ejemplo, con el solo deseo, o bien ya visiblemente mediante acciones corporales, el profeta Amós nos representa frecuentemente a Dios que amenaza y dice: *Por tres y por cuatro pecados no revocaré*

et intellegitur peccatum esse transgressio, cum aliquid amplius homo appetens, iustitiae regulam excedit. Unde et avaritiam radicem omnium malorum dicit Apostolus (1 Tim 6,10). Et animae a Deo fornicanti, ex eiusdem Domini persona dicitur: Sperabas si a me discessisses, aliquid amplius te habituram. Quia ergo transgressionem, id est peccatum ad se ipsum refert qui peccat, quia privato quodam suo laetari vult; unde reprehenduntur etiam qui sua quaerunt, non quae Iesu Christi (Phil 2,21), et laudatur caritas non quaerens quae sua sunt (1 Cor 13,5): propterea ipse undenarius numerus quo significatur transgressio, non decies multiplicatur, sed septies, et fiunt septuaginta septem. Non enim ad Conditoris Trinitatem, sed ad ipsam creaturam, id est, ad ipsum hominem pertinet transgressio, quam creaturam septenarius numerus ostendit. Tria propter animum, ubi est quaedam imago Trinitatis Creatoris; ibi enim homo ad imaginem Dei factus est: et quattuor propter corpus. Notissima enim sunt quattuor primordia quibus corpus constat. Et cui nota non sunt, potest facile advertere ipsum corpus mundi, in quo corpus nostrum per loca movetur, quattuor habere quasi principales partes, quas etiam **[354]** Scriptura divina assidue commemorat, Orientem et Occidentem, Meridianum et Aquilonem.

Caput XXIV.—Et quoniam peccata vel animo fiunt, sicut in sola voluntate; vel etiam operibus corporis, iam visibiliter: propterea Amos propheta assidue commemorat Deum minantem ac dicentem: *In tribus et quattuor impietatibus non aversabor* (Amos 1 et 2), id est, non dissi-

nada, es decir, no los disimularé. Tres por la naturaleza del alma, cuatro por la del cuerpo: elementos ambos de que el hombre está compuesto.

35. Así, pues, once veces siete, o sea, como ya se ha dicho, la transgresión de la justicia referida al hombre pecador, da el número setenta y siete, en el cual están contenidos simbólicamente todos los pecados que se perdonan por el bautismo. Este es el motivo por el que Lucas llega hasta Dios mediante el número setenta y siete de generaciones: para mostrar que el hombre se reconcilia con Dios por la remisión de todos los pecados. Este es el motivo también por el que el Señor respondió a Pedro, que le preguntaba cuántas veces debía perdonar al hermano, estas palabras: *No te digo que sólo siete veces, sino hasta setenta veces siete.* Y si queda todavía algo oculto en estas honduras y en estos tesoros de los misterios de Dios, los más diligentes y más dignos pueden descubrirlo. Nosotros, en la medida de nuestra comprensión, y según lo que Dios nos ayudó y nos concedió, hemos dicho lo que hemos podido y el tiempo ha permitido. Si alguno de vosotros comprende que hay algo más, llame a la puerta de aquel de quien también nosotros hemos recibido lo que pudimos comprender y decir. Ante todo, quedaos con esto: aunque no comprendáis las Escrituras, no os inquietéis; si las habéis entendido, no os hinchéis; al contrario, lo que no habéis entendido diferidlo reverentemente; lo que comprendéis, retenedlo con amor.

mulabo. Tribus, propter animi; quattuor, propter corporis naturam: quibus duobus homo constat.

35. *Scripturae quomodo legendae.*—Itaque undecim septies, sicut dictum est, transgressio iustitiae relata ad hominem peccatorem facit numerum septuaginta septem; quo peccata omnia contineri significantur, quae per Baptismum dimittuntur. Unde Lucas per septuaginta septem generationes ascendit ad Deum; ostendens reconciliari hominem Deo per abolitionem omnium peccatorum. Inde ipse Dominus Petro interroganti quoties fratri debeat ignoscere: *Dico tibi,* inquit, *non septies, sed usque septuagies septies* (Mt 18,22). Et si quid aliud de his secretis et thesauris mysteriorum Dei, a diligentioribus et dignioribus erui potest. Nos tamen pro nostro captu, quantum adiuvit et quantum dedit Dominus, pro angustia quoque temporis, quae potuimus, diximus. Si quis vestrum amplius capit, ad illum pulset, a quo et nos quod capere, quod dicere possumus, sumimus. Illud ante omnia retinete, ut Scripturis sanctis nondum intellectis non perturbemini; intellegentes autem non inflemini: sed et quod non intellegitis, cum honore differatis; et quod intellegitis, cum caritate teneatis.

SERMON 52

Tema: La Trinidad.

Fecha: Entre el año 410 y el 412 o 419 y 420.

Lugar: Desconocido.

1. La lectura del Evangelio nos ha propuesto el tema de que debemos hablar a vuestra caridad, como si fuera un mandato del Señor, un mandato auténtico. De él estaba esperando mi corazón una como señal para predicar este sermón; necesitaba advertir que quería que yo hablase de lo que él había dispuesto que se leyese. Escuchad con atención y devoción, y una y otra cosa sean de ayuda ante el mismo Señor Dios nuestro para mi trabajo. Vemos y contemplamos, como ante un espectáculo que Dios nos presenta, que junto al río Jordán se nos muestra Dios en su Trinidad. Llega Jesús y es bautizado por Juan, el Señor por el siervo, cosa que hizo para dar ejemplo de humildad. En efecto, cuando al decirle Juan: *Soy yo quien debe ser bautizado por ti y tú vienes a mí,* respondió: *Deja eso ahora para que se cumpla toda justicia,* manifestó que es en la humildad donde se cumple la justicia. Después de haber sido bautizado, se abrieron los cielos y descendió sobre él el Espíritu Santo en forma de paloma; luego siguió una voz que vino de lo alto: *Este es mi Hijo amado, en quien me*

SERMO LII

[RB 74 (1964) **15]** *(PL 38,354)*

DE TRINITATE (Mt 3,13-17)

1. Euangelica lectio proposuit nobis, unde loquamur ad caritatem uestram tamquam domini imperio; et uere domini imperio: ab illo enim exspectauit cor meum tamquam iussionem proferendi sermonis, ut hinc eum intellegerent loqui me uelle, quod recitari ipse uoluisset. Audiat ergo studium et deuotio uestra adiuuet, apud ipsum dominum deum nostrum laborem meum. Videmus enim, et tamquam proposito diuino spectaculo contuemur, apud flumen Iordanen commendari nobis **[16]** deum nostrum in trinitate. Cum enim ueniret Iesus et baptizatus esset a Iohanne, dominus a seruo—quod fecit ad humilitatis exemplum; in ipsa quippe humilitate ostendit impleri iustitiam, quando dicente sibi Iohanne: *Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me (355),* respondit: *Sine modo, impleatur omnis iustitia* (Mt 3,14-15)—cum ergo baptizatus esset, aperti sunt caeli et descendit super eum spiritus sanctus specie columbae; deinde uox desuper consecuta est: *Hic est filius meus dilectus, in quo bene sensi*

sentí bien. Tenemos aquí, pues, a la Trinidad con una cierta distinción de las personas: en la voz, el Padre; en el hombre, el Hijo; en la paloma, el Espíritu Santo. Sólo era necesario recordarlo, pues verlo es extremadamente fácil. Con toda evidencia, por tanto, y sin lugar a escrúpulo de duda, se manifiesta aquí esta Trinidad. En efecto, Cristo el Señor, que viene hasta Juan en la condición de siervo, es ciertamente el Hijo; no puede decirse que es el Padre o el Espíritu Santo. *Vino,* dice, *Jesús:* ciertamente el Hijo de Dios. Respecto a la paloma, ¿quién puede dudar?, o ¿quién hay que diga: «Qué es la paloma», cuando el Evangelio mismo lo atestigua claramente: *Descendió sobre él el Espíritu Santo en forma de paloma?* En cuanto a la voz aquélla, tampoco existe duda alguna de que sea la del Padre, puesto que dice: *Tú eres mi Hijo.* Tenemos, pues, la distinción de personas en la Trinidad.

2. Si ponemos atención a los lugares, me atrevo a decir —aunque lo diga tímidamente, me atrevo a decirlo—, tenemos la separabilidad en cierto modo de las personas. Cuando Jesús viene al río, va de un lugar a otro; la paloma desciende del cielo a la tierra, es decir, de un lugar a otro; la misma voz del Padre no salió de la tierra ni del agua, sino del cielo. Hay, pues, aquí una como separación de lugares, de funciones y de obras. Alguien podrá decirme: «Muestra ahora que la Trinidad es inseparable». No olvides que hablas como católico y que hablas a católicos. Nuestra fe, es decir, la fe verdadera, la recta, la fe católica, así lo profesa; fe que no se funda en opiniones o conjeturas, sino en el testimonio de la lectura escuchada; fe que

(ib., 17). Habemus ergo distinctam quodammodo trinitatem: in uoce patrem, in homine filium, in columba spiritum sanctum. Hoc quidem commemorare opus erat; nam uidere facillimum est: euidenter enim nec ullo dubitationis scrupulo commendatur haec trinitas, cum ipse dominus Christus in forma serui ueniens ad Iohannem utique filius est: non enim dici potest quod pater est, aut dici potest quod spiritus sanctus. *Venit,* inquit, *Iesus* (ib., 13): utique filius dei. De columba quis dubitet? aut quis dicat: Quid est columba? cum ipsum euangelium testetur apertissime: *Descendit super eum Spiritus Sanctus specie columbae?* (ib., 16; Mc 1,11). De uoce autem illa similiter nulla dubitatio quod patris sit, cum dicit: *Tu es filius meus* (Mc 1,11; Lc 3,22). Habemus distinctam trinitatem.

2. Et si consideremus loca, audeo dicere—quamuis timide id dicam, tamen audeo—quasi separabilem trinitatem, cum Iesus uenit ad fluuium, **[17]** ex alio loco in alium locum, columba de caelo descendit ad terram, de alio loco in alium locum, uox ipsa patris nec de terra nec de aqua sonuit, sed de caelo. Tria haec quasi separantur locis, separantur officiis, separantur operibus. Dicat mihi aliquis: 'Ostende inseparabilem trinitatem'. Memento catholicum te loqui, catholicis loqui. Fides enim nostra, id est fides uestra, fides recta, fides catholica, non opinione praesumptionis sed testimonio lectionis collecta, nec haeretica temeritate incerta sed

no duda ante la temeridad de los herejes, sino que se cimienta en la verdad de los Apóstoles. Esto lo sabemos y lo creemos. Y aunque no lo vemos con los ojos y ni siquiera con el corazón, mientras nos purificamos mediante la fe, a través de esa misma fe mantenemos con toda verdad y firmeza que el Padre, el Hijo y el Espíritu Santo forman la Trinidad inseparable, es decir, un solo Dios, no tres. Pero un Dios tal que el Hijo no es el Padre, que el Padre no es el Hijo, que el Espíritu Santo no es ni el Padre ni el Hijo, sino el Espíritu de ambos. Esta inefable divinidad que permanece en sí misma, que renueva todo y todo lo crea, recrea, envía y llama a sí, que juzga y absuelve, esta Trinidad inefable es al mismo tiempo inseparable, como sabemos.

3. ¿Qué hacer, pues? He aquí que el Hijo viene en cuanto hombre separadamente; de forma separada desciende el Espíritu Santo del cielo en forma de paloma; separadamente también sonó la voz del Padre desde el cielo: *Este es mi Hijo.* ¿Dónde está, pues, la Trinidad inseparable? Dios se ha servido de mí para despertar vuestra atención. Orad por mí, y, como abriendo vuestro seno, os conceda él mismo con qué llenar lo que habéis abierto. Colaborad con nosotros. Estáis viendo lo que hemos emprendido; no sólo qué cosa, sino también quién; desde dónde lo queremos explicar, es decir, dónde nos hallamos, cómo vivimos en un cuerpo que se corrompe y molesta al alma y cómo la morada terrena oprime la mente llena de pensamientos. Cuando aparto mi mente de la multiplicidad de las cosas y la recojo en el único Dios, Trinidad inseparable, buscando

apostolica ueritate fundata, hoc insinuat. Hoc nouimus, hoc credimus; hoc, etsi non uidemus oculis nec adhuc corde quamdiu fide mundamur, ipsa tamen fide rectissime ac robustissime retinemus patrem, filium, spiritum sanctum inseparabilem esse trinitatem: unum deum, non tres deos; ita tamen unum deum, ut filius non sit pater, ut pater non sit filius, ut spiritus sanctus nec pater sit nec filius, sed patris et filii spiritus. Hanc ineffabilem diuinitatem apud se ipsam manentem, omnia innouantem, creantem, recreantem, mittentem, reuocantem, iudicantem, liberantem, hanc ergo trinitatem ineffabilem simul nouimus et inseparabilem.

3. Quid ergo agimus? Ecce seorsum uenit filius in homine, seorsum spiritus sanctus de caelo descendit specie columbae, seorsum uox de caelo sonuit: *Hic est filius meus* (Mt 3,17). Vbi est inseparabilis trinitas? Fecit uos per me deus intentos. Orate pro nobis, et quasi aperientes sinum donet ipse unde quod aperuistis impleatur. Conlaborate nobis. Videtis enim quid susceperimus—non solum quid, uerum etiam qui—unde **[18]** uolumus dicere, ubi positi, quomodo positi in corpore quod corrumpitur et aggrauat animam et depremit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem (cf. Sap 9,15). Quando ergo *(356)* istum sensum a multis extraho et ad unum deum trinitatem inseparabilem colligo, ut aliquid uideam quod dicam, putasne in hoc corpore quod aggrauat animam, ut

algo que deciros, ¿pensáis que, para hablaros algo digno, podré decir: *A ti, Señor, levanté mi alma,* viviendo en este cuerpo que agrava al alma? Ayúdeme él, elévela él conmigo. Soy débil para esa tarea y me resulta pesada.

4. «¿Hace algo el Padre que no haga el Hijo? ¿O hace algo el Hijo que no haga el Padre?» Estas preguntas suelen ser planteadas por hermanos afanosos de saber, suelen ocupar las charlas de quienes aman la palabra de Dios, y a causa de ella suele pulsarse mucho a las puertas de Dios [1]. Refirámonos por ahora al Padre y al Hijo. Una vez que haya coronado nuestro intento aquel a quien decimos: *Sé mi ayuda, no me abandones,* se comprenderá que tampoco el Espíritu Santo se separa nunca de la operación común al Padre y al Hijo. Escuchad, pues, la cuestión planteada, pero en relación al Padre y al Hijo. «¿Hace algo el Padre sin el Hijo?» Respondemos: «No». ¿Acaso tenéis dudas? ¿Qué es lo que hace el Padre sin aquel por quien fueron hechas todas las cosas? *Todas las cosas,* dice la Escritura, *fueron hechas por él.* Y recalcándolo hasta la saciedad para los rudos, torpes e incordiantes, añadió: *Y sin él nada fue hecho.*

5. ¿Qué decir, hermanos? *Por él han sido hechas todas las cosas.* Entendemos ciertamente que toda criatura fue hecha por el Hijo; que la hizo el Padre mediante su Verbo, Dios a través de su Poder y Sabiduría. ¿O hemos de decir, acaso, que, efectivamente, en el momento de la creación, todo fue hecho por él, pero que ahora no gobierna el Padre por él todo

aliquid uobis digne eloquar, potero dicere: *Quoniam ad te, domine, leuaui animam meam?* (Ps 85,4; cf. 24,1). Adiuuet me, leuet eam mecum: nam infirmus sum illi, et grauis est mihi.

4. Solet haec quaestio ab studiosissimis fratribus proponi, solet in amatorum uerbi dei sermone uersari, solet pro hac multum pulsari ad deum, dicentibus hominibus: 'Facit aliquid pater quod non facit filius, aut facit aliquid filius quod non facit pater?' Interim de patre et filio dicamus. Cum autem hinc expedierit conatum nostrum, cui dicimus: *Adiutor meus esto, ne derelinquas me* (Ps 26,9), intellegitur etiam spiritus sanctus ab operatione patris et filii nequaquam discedere. De patre ergo et filio, fratres, audite. Facit aliquid pater sine filio? Respondemus: Non. An dubitatis? Quid enim facit sine illo, per quem facta sunt omnia? *Omnia,* inquit, *per ipsum facta sunt:* et satiate inculcans tardis, duris, litigiosis, addidit: *Et sine ipso factum est nihil* (Io 1,3).

5. Quid igitur, fratres? *Omnia per ipsum facta sunt.* Intellegimus **[19]** utique uniuersam creaturam factam per filium fecisse patrem per uerbum suum, deum per uirtutem et sapientiam suam. Numquid dicturi sumus: 'Omnia quidem, quando creata sunt, per ipsum facta sunt, sed nunc non omnia per ipsum regit pater'? Absit. Recedat haec cogitatio

[1] De preguntas como éstas surgieron, según confesión del santo, algunas obras agustinianas (véase *Retractaciones* I 23,1; 26).

cuanto existe? En ningún modo. Aléjese este pensamiento de los corazones de los creyentes, rechácelo la mente de los piadosos y la inteligencia de los devotos. Es imposible que, habiendo creado todas las cosas por él, no las gobierne también por él. Lejos de nosotros pensar que no es regido por él lo que tiene el ser por él. Pero probemos también por el testimonio de las Escrituras no sólo que por él han sido hechas y creadas todas las cosas, según el texto evangélico: *Por él han sido hechas todas las cosas y sin él nada se hizo,* sino también que por él son regidas y dispuestas cuantas cosas han sido hechas. Vosotros reconocéis que Cristo es la Potencia y Sabiduría de Dios; reconoced también que se dijo de la Sabiduría: *Se extiende con fortaleza de un confín a otro y lo dispone todo con suavidad.* No dudemos, pues, de que todas las cosas son gobernadas por quien las hizo. Nada hace el Padre sin el Hijo y nada el Hijo sin el Padre.

6. Sale al paso otra dificultad que en el nombre del Señor y por su voluntad nos disponemos a resolver. Si nada hace el Padre sin el Hijo y nada el Hijo sin el Padre, ¿no será obligado afirmar también que el Padre nació de la Virgen María, que el Padre padeció bajo Poncio Pilato, que el Padre resucitó y subió al cielo? En ningún modo. No decimos esto porque no lo creemos. *Creí, y por eso hablé; también nosotros creímos, y por eso hablamos.* ¿Qué se proclama en la fe? [2] Que fue el Hijo quien nació de la Virgen, no el Padre. ¿Que se proclama en la fe? Que fue el Hijo quien padeció bajo Poncio Pilato

a fidelium cordibus, abigatur a sensu deuotorum, ab intellectu piorum. Fieri non potest, ut per ipsum creauerit et non per ipsum gubernet. Absit, ut sine ipso regatur quod est, quando per ipsum factum est ut esset. Sed et hoc testimonio scripturae doceamur, non solum per ipsum facta et creata omnia, sicut ex euangelio commemorauimus: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* (Io 1,3), sed per ipsum etiam regi et disponi quae facta sunt. Agnoscitis ergo Christum dei uirtutem et dei sapientiam, agnoscite dictum et de sapientia: *Adtingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suauiter* (Sap 8,1). Non ergo dubitemus per ipsum regi omnia, per quem facta sunt omnia. Nihil itaque pater sine filio, nihil filius sine patre facit.

6. Occurrit quaestio, quam in nomine domini et eius uoluntate soluendam suscepimus. Si nihil facit pater sine filio et nihil filius sine patre, nonne quasi consequens erit, ut et patrem dicamus natum de uirgine Maria, patrem passum sub Pontio Pilato, patrem resurrexisse et in caelum ascendisse? Absit. Non hoc dicimus, quia non hoc credimus. *Credidi,* enim, *propter quod et locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur* (2 Cor 4,13; ps 115,10). Quid est in fide? Quia filius de uirgine natus est, **[20]** non pater. *(357)* Quid est in fide? Quia filius passus sub Pontio Pilato et mortuus, non pater. Excedit nobis, quosdam

[2] Es decir, en el símbolo de la fe.

y quien murió, no el Padre. No se nos oculta que algunos, llamados Patripasianos [3], entendiéndolo mal, afirman que el Padre mismo nació de mujer, que él fue quien padeció, que el Padre es a la vez Hijo, que se trata de dos nombres, no de dos realidades. La Iglesia los separó de la comunión de los santos para que no engañasen a nadie y, separados, discutiesen entre sí.

7. Traigamos, pues, de nuevo ante vuestras mentes la dificultad del problema. Alguien me dirá: «Tú has dicho que *nada hace el Padre sin el Hijo, ni el Hijo sin el Padre*; además presentaste testimonios tomados de la Escritura que confirman que nada hace el Padre sin el Hijo, puesto que por él fueron hechas todas las cosas, y que nada es regido sin el Hijo, puesto que es la Sabiduría del Padre que *se extiende de un confín a otro con fortaleza y lo dispone todo con suavidad*. Ahora, contradiciéndote al parecer, me dices que fue el Hijo quien nació de una virgen, no el Padre; que fue el Hijo quien padeció, no el Padre, y lo mismo dígase de la resurrección. He aquí, pues, que hallo que el Hijo hace algo que no hace el Padre. Confiesa, por tanto, o bien que el Hijo hace algo sin el Padre, o bien que el Padre nació, padeció, murió y resucitó. Di una cosa u otra. Elige una de las dos». No elijo ninguna; no afirmo ni lo uno ni lo otro. Ni digo que el Hijo hace algo sin el Padre, pues mentiría si lo dijera; ni tampoco que el Padre *nació, padeció, murió y resucitó, porque si esto dijera* no mentiría menos. «¿Cómo, me dices, vas a salir de estos aprietos?»

male intellegentes uocari patripassianos, qui dicunt ipsum patrem natum ex femina, ipsum patrem passum, ipsum esse patrem qui est filius: duo esse nomina, non res duas. Et remouit istos ecclesia catholica a communione sanctorum, ne aliquem deciperent, ut separati litigarent.

7. Reuocemus ergo difficultatem quaestionis sensibus uestris. Dicat aliquis mihi: 'Tu dixisti nihil facere patrem sine filio neque filium sine patre: et testimonia de scripturis adhibuisti nihil facere patrem sine filio, quia omnia per ipsum facta sunt (cf. Io 1,3); nec quod factum est regi sine filio, quia ipse est sapientia patris, adtingens a fine usque in finem fortiter, et disponens omnia suauiter (cf. Sap 8,1). Modo mihi dicis, quasi contra te ipsum loquens: Filius natus est de uirgine, non pater; filius passus est, non pater; filius surrexit, non pater. Ecce teneo, aliquid facere filium quod non facit pater. Aut ergo confitere facere aliquid filium sine patre, aut confitere etiam patrem natum, passum, mortuum, resurrexisse. Aut *illud*, aut *illud* dic; elige unum de duobus'. Ego neutrum eligo. Nec hoc, nec illud dico: nec aliquid filium facere sine patre dico, quia mentior si hoc dixero; nec patrem natum, passum, resurrexisse dico, quia nihilominus mentior si hoc dixero. 'Quomodo, inquit, explicaberis ab his angustiis?'

[3] Esta herejía floreció en los siglos II y III. Sus más conocidos representantes fueron Noeto de Esmirna, Sabelio y Práxeas.

8. Os agrada la dificultad propuesta. Dios nos ayude para que os agrade también una vez resuelta. Fijaos en lo que digo, para que nos libere tanto a mí como a vosotros. En el nombre de Cristo nos mantenemos en una misma fe, bajo un mismo Señor vivimos en una misma casa, bajo una sola cabeza somos miembros de un mismo cuerpo, y un mismo espíritu nos anima. Para que el Señor nos saque de los aprietos de este dificilísimo problema a todos, a mí que os hablo y a vosotros que me escucháis, esto es lo que digo: «Es el Hijo, no el Padre, quien nació de la Virgen María; pero tanto el Padre como el Hijo realizaron ese mismo nacimiento que es del Hijo y no del Padre. No fue el Padre quien padeció, sino el Hijo; pero tanto el Padre como el Hijo obraron tal pasión. No resucitó el Padre, sino el Hijo; pero la resurrección fue obra del Padre y del Hijo». Al parecer estamos ya libres de esta dificultad, pero quizá sólo por mis palabras; veamos si también las divinas lo confirman. Me corresponde a mí demostrar con testimonios de la Sagrada Escritura que el nacimiento del Padre lo obraron el Padre y el Hijo. Dígase lo mismo de la pasión y resurrección. Tanto el nacimiento como la pasión y resurrección son exclusivas del Hijo. Estas tres cosas, sin embargo, pertenecientes al Hijo solamente, no han sido obra de sólo el Padre, ni de sólo el Hijo, sino del Padre y del Hijo. Probemos cada una de estas cosas [4]; vosotros hacéis de jueces; la causa ha sido expuesta, desfilen los testigos. Dígame vuestro tribunal lo que suele decirse a los que llevan las causas: «Prueba lo que propones». Con la ayuda

[21] 8. Placet uobis quaestio proposita; deus adiuuet, ut placeat et soluta. Ecce quod dico, ut me et uos ab his angustiis dominus liberet. In una enim fide stamus in nomine Christi, et in una domo sub uno domino uiuimus, et in uno corpore membra sub uno capite sumus, et uno spiritu uegetamur. Vt ergo dominus ab his angustiis molestissimae quaestionis liberet, et me qui loquor, et uos qui auditis, hoc dico: 'Filius quidem, inquam, non pater, natus est de uirgine Maria; sed ipsam natiuitatem filii, non patris, de uirgine Maria et pater et filius operatus est. Non est quidem passus pater, sed filius; passionem tamen filii et pater et filius operatus est. Non resurrexit pater, sed filius; resurrectionem tamen filii et pater et filius operatus est.' De quaestione ista uidemur iam expediti, sed forte uerbis meis: uideamus etiam utrum uerbis diuinis. Pertinet ergo ad me sanctorum librorum testimoniis demonstrare, natiuitatem filii et patrem operatum et filium, ita passionem, ita resurrectionem: ut, cum filii tantum sit et natiuitas et passio et resurrectio, haec tamen tria, quae ad filium solum pertinent, nec a patre solo facta sint, nec a solo filio, sed a patre utique et filio. Probemus singula; iudices auditis, causa proposita est, testes procedant, Dicat mihi iudicium uestrum quod solet causas agentibus dici: 'Doce quod promittis'. Doceo plane,

[4] Agustín traspasa los procedimientos del foro a la predicación y exposición de la Palabra divina: hay una *causa,* un juez, testigos, un jurisperito, etc.

del Señor lo voy a probar, y lo pienso hacer con la lectura del código celeste. Me oísteis atentamente cuando proponía la causa; escuchadme más atentamente aun ahora, al probarla.

9. He de empezar con el nacimiento de Cristo, probando cómo fue obra del Padre y del Hijo, aunque lo que hicieron ambos pertenezca sólo al Hijo. Cito a Pablo, insigne doctor en derecho divino [5], pues hay abogados que aducen la autoridad de Pablo para fallar litigios, aun entre los no cristianos. Me remito a Pablo, digo, como a juez de paz y no de contienda. Muéstrenos el santo Apóstol cómo el nacimiento del Hijo es obra del Padre. *Cuando llegó,* dijo, *la plenitud de los tiempos, envió Dios a su Hijo nacido de mujer, hecho bajo la ley para redimir a quienes estaban bajo la ley.* Lo habéis escuchado y, dado que su testimonio es llano y patente, lo habéis entendido. He aquí que es obra del Padre el que el Hijo naciese de una virgen. *Cuando llegó la plenitud de los tiempos, envió Dios a su Hijo,* es decir, el Padre a Cristo. ¿Cómo lo mandó? *Hecho de mujer, hecho bajo la ley.* El Padre, por tanto, le hizo de mujer y sometido a la ley.

10. ¿O acaso os preocupa el que yo haya dicho *de una virgen* y Pablo *de mujer?* No os preocupéis, y no perdamos tiempo; no estoy hablando a incompetentes. La Escritura dice una y otra cosa: *de virgen* y *de mujer. De virgen,* ¿cuándo? *He aquí que una virgen concebirá y dará a luz un Hijo. De mujer,* ya lo escuchasteis. No existe contradicción. Es caracte-

adiuuante domino, et caelestis iuris recito *(358)* lectionem. Intente audistis proponentem, audite intentius iam probantem.

[22] 9. De Christi natiuitate mihi primo docendum est, quomodo eam et pater fecerit et filius fecerit, quamuis nonnisi ad filium pertineat quod fecit pater et filius. Paulum recito idoneum iuris diuini consultum —nam et causidici habent hodie Paulum dictantem iura litigatorum, non christianorum—recito, inquam, Paulum dictantem pacis iura, non litis. Ostendat nobis sanctus apostolus, quomodo natiuitatem filii pater operatus sit: *Cum autem uenit,* inquit, *plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret* (Gal 4,4-5). Audistis, et quia planum et apertum est, intellexistis. Ecce pater fecit filium nasci de uirgine. *Cum* enim *uenisset plenitudo temporis, misit deus filium suum,* utique pater Christum. Quomodo eum misit? *Factum ex muliere, factum sub lege* (ib.). Fecit ergo eum pater ex muliere sub lege.

10. An forte hoc mouet, quia 'de uirgine' dixi, et Paulus dicit *ex muliere?* Non moueat; non immoremur: neque enim rudibus loquor. Vtrumque de scriptura dicitur: et 'ex uirgine', et 'ex muliere'. 'Ex uirgine' quomodo? *Ecce uirgo accipiet in utero, et pariet filium* (Is 7,14). 'Ex muliere' autem, sicut audistis. Non est contrarium. Proprietas enim locu-

[5] El jurisperito era el intérprete del Derecho civil, cuya respuesta, en Derecho romano, tenía fuerza de ley.

rístico de la lengua hebrea llamar mujeres a todas las hembras, y no sólo a quienes han perdido su virginidad [6]. Lo tienes patente en el libro del Génesis, ya cuando fue hecha Eva: *Y la formó mujer.* En otro lugar dice también la Escritura que mandó Dios separar a las *mujeres* que no conocieron lecho de varón. Esto debe resultaros ya conocido; no nos detengamos, pues, en ello, para que, con la ayuda del Señor, podamos explicar otras cosas que con razón exigirán más tiempo.

11. Hemos probado, pues, que el nacimiento del Hijo fue obra del Padre; probemos también que lo fue del Hijo. ¿Qué afirmamos cuando decimos que el Hijo nació de la Virgen María? Que asumió la condición de siervo. ¿Qué otra cosa significa para el Hijo nacer, sino recibir la condición de siervo en el seno de la Virgen? También esto es obra del Hijo. Escúchalo: *El cual, existiendo en la condición de Dios, no juzgó objeto de rapiña el ser igual a Dios; antes se anonadó a sí mismo, tomando la condición de siervo. Cuando llegó la plenitud de los tiempos, envió Dios a su Hijo nacido de mujer, nacido de la descendencia de David según la carne.* Vemos, pues, que el nacimiento del Hijo es obra del Padre; mas como el mismo Hijo *se anonadó a sí mismo tomando la condición de siervo,* vemos que es también obra del Hijo. Probado esto, pasemos adelante. Recibid con atención lo que según el orden sigue después.

12. Probemos que también la pasión del Hijo es obra tanto del Padre como del Hijo. ¿Es obra del Padre? *El cual*

tionis hebreae 'mulieres' non corruptas uirginitate sed feminas appellat. Habes euidentem scripturam Geneseos: quando ipsa primo **[23]** Eua facta est, formauit eam in mulierem (cf. Gen 2,22). Dicit etiam alio loco scriptura, iubere deum separari mulieres, quae non cognouerunt cubile uiri (cf Num 31,17-18; Iud 21,11). Hoc ergo iam notum esse debet; nec teneat nos, ut alia, quae merito tenebunt, domino adiuuante explicare possimus.

11. Probauimus ergo natiuitatem filii a patre factam, probemus et a filio factam. Quid est natiuitas filii de uirgine Maria? Certe assumptio formae serui. Numquidnam est aliud nasci filio, nisi accipere formam serui in uirginis utero? Audi quia hoc et filius fecit: *Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo; sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens* (Phil 2,6-7). *Cum uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere* (Gal 4,4), *qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem* (Rom 1,3). Videmus ergo natiuitatem a patre factam; sed quia ipse filius semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, uidemus natiuitatem filii et ab ipso filio factam. Probatum est hoc. Transeamus hinc. Intenti aliud accipite, quod ex ordine sequitur.

12. Probemus et passionem filii et a patre factam, et a filio factam. Faciat pater passionem filii: *Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis*

[6] Véase la nota al sermón 49 A.

no perdonó a su propio Hijo, sino que lo entregó por todos nosotros. ¿Es obra también del Hijo? *El cual me amó y se entregó por mí.* Entregó el Padre al Hijo y se entregó el Hijo a sí mismo. Esta pasión sólo uno la sufrió, pero fue obra de los dos. Al igual que el nacimiento, tampoco la pasión de Cristo fue obra del Padre sin el Hijo, ni del Hijo sin el Padre. Entregó el Padre al Hijo y se entregó el Hijo a sí mismo. ¿Qué es lo propio de Judas, a excepción del pecado? Dejemos esto y vengamos ya a la resurrección.

13. Veamos, en efecto, que es el Hijo quien resucita, no el Padre; pero la resurrección del Hijo es obra del Padre y del Hijo. Obra del Padre: *Por esto lo exaltó y le dio un nombre sobre todo nombre.* Resucitó, por tanto, el Padre al Hijo, exaltándole y levantándole de entre los muertos. Y el Hijo, ¿se resucitó acaso a sí mismo? Sí, en efecto. Aludiendo a su cuerpo, dijo del templo: *Destruid este templo y en tres días lo levantaré de nuevo.* Finalmente, dado que en la pasión está incluido el dar la vida, así también en la resurrección el volver a tomarla; veamos, pues, si el Hijo dio su vida efectivamente y se la devolvió el Padre, mas no él a sí mismo. Que se la devolvió el Padre, es cosa manifiesta. Refiriéndose a ello, dice el salmo: *Resucítame y les daré su merecido.* ¿Por qué esperáis que diga yo que también el Hijo se devolvió la vida? Que lo diga él mismo: *Tengo poder para dar mi vida.* Aún no he dicho lo que prometí. Dije solamente: *para dar* y ya aclamasteis, por-

omnibus tradidit eum (Rom 8,32). Faciat et filius passionem suam: *Qui me dilexit* **[24]** *et tradidit se ipsum pro me* (Gal 2,20). *(359)* Tradidit pater filium, tradidit filius se ipsum. Passio haec uni facta est, sed ab utroque facta est. Sicut ergo natiuitatem, ita passionem Christi nec pater fecit sine filio, nec filius sine patre. Tradidit pater filium, tradidit filius se ipsum. Quid hic fecit Iudas, nisi peccatum? Transeamus et hinc. Veniamus ad resurrectionem.

13. Videamus filium quidem, non patrem, resurgentem, sed resurrectionem filii et patrem et filium facientem. Operetur pater resurrectionem filii: *Propter hoc* enim *exaltauit eum a mortuis, et donauit ei nomen, quod est super omne nomen* (Phil 2,9). Resuscitauit ergo pater filium exaltando eum et excitando eum a mortuis. Numquid et filius resuscitat semetipsum? Resuscitat plane. In figuram sui corporis de templo dixit: *Soluite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud* (Io 2,19). Postremo, sicut ad passionem pertinet animam ponere, sic ad resurrectionem animam iterum sumere, uideamus si filius quidem animam suam posuit, et ei animam suam pater reddidit, non ipse sibi. Pater enim quia reddidit, manifestum est: inde enim psalmus dicit: *Et suscita me, et reddam illis* (Ps 40,11). Sed quia et filius animam suam sibi reddidit, quid a nobis exspectatis? Ipse dicat: *Potestatem habeo ponendi animam meam* (Io 10,18). Nondum dixi quod promisi, *ponendi* dixi; sed iam clamastis,

que os habéis anticipado [7]. Habiendo sido instruidos en la escuela del maestro celeste, como quienes siguen atentamente sus lecciones y piadosamente las dais, no ignoráis lo que sigue: *Tengo poder,* dijo, *para dar mi vida y tengo el poder para volver a tomarla. Nadie me la quita, sino que yo la doy y vuelvo a tomarla.*

14. Hemos cumplido nuestra promesa; hemos probado, creo, nuestras afirmaciones con las pruebas solidísimas de los testimonios de la Escritura [8]. Retened lo que habéis oído. Lo resumo brevemente, y os recomiendo que, como algo útil en extremo, según mi opinión, lo guardéis en vuestras mentes. El Padre no nació de la Virgen; sin embargo, este nacimiento de la Virgen fue obra del Padre y del Hijo. El Padre no padeció en la cruz; sin embargo, la pasión del Hijo es obra del Padre y del Hijo. El Padre no resucitó de entre los muertos; sin embargo, la resurrección del Hijo es obra del Padre y del Hijo. Ahí veis la distinción de personas y la inseparabilidad de operaciones. No digamos, pues, que el Padre hace algo sin el Hijo, o algo el Hijo sin el Padre. ¿Acaso los milagros que hizo Jesús nos inquietan como si él hubiese hecho algo que no hizo el Padre? ¿Dónde dejáis aquello: *Mas el Padre que permanece en mí, ése hace las obras?* Lo que hemos dicho eran cosas llanas; solamente había que decirlas. No causa fatiga el comprenderlas, pero hay que preocuparse de recordarlas.

quia praeuolatis. Eruditi quippe in schola magistri caelestis, tamquam lectiones intente **[25]** audientes, pie reddentes, quid sequatur non ignoratis: *Potestatem,* inquit, *habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me, et iterum sumo eam* (Io 10,18).

14. Exsoluimus quae promisimus: propositiones nostras firmissimis, ut arbitror, testimoniorum documentis probauimus. Tenete quod audistis. Breuiter replico, et rem utilissimam, quantum existimo, mentibus uestris collocandam commendo. Pater non est natus de uirgine: natiuitatem tamen istam filii et pater et filius est operatus ex uirgine. Pater non est passus in cruce: passionem tamen filii et pater et filius operatus est. Non resurrexit pater a mortuis: resurrectionem tamen filii et pater et filius operatus est. Habetis personarum distinctionem, et operationis inseparabilitatem. Non ergo dicamus, aliquid patrem operari sine filio, aliquid filium sine patre. An forte miracula, quae fecit Iesus, mouent uos, ne forte aliqua ipse fecerit quae non fecit pater? Et ubi est: *Pater autem in me manens facit opera sua?* (Io 14,10). Haec quae diximus plana erant, tantum dicenda erant: non laborandum ut intellegerentur, sed curandum ut commemorarentur.

[7] Véase la nota al sermón 19,4.

[8] Nótese el lenguaje procedente de la retórica clásica: *probare, propositiones, firmissima documenta, testimonia.* Agustín no se apeó nunca de la retórica bien aprendida y durante varios años enseñada.

15. Quiero añadir todavía algo, para lo que requiero de vosotros una atención realmente más viva y devoción para con Dios. Solamente los cuerpos están sometidos al espacio y ocupan lugar. La divinidad está más allá de los lugares corpóreos. Nadie la busque como si residiera en el espacio. Está en todas partes, invisible e inseparablemente: no aquí más y allí menos, sino en todas partes en su totalidad y en ningún lugar dividida. ¿Quién ve esto? ¿Quién lo comprende? Detengámonos un poco; recordaremos quiénes hablamos y de qué estamos hablando. Esto o aquello, cualquier cosa que sea lo que Dios es, créase piadosamente, medítese santamente, y en la medida que se nos conceda, en la medida que sea posible, compréndase aunque no sea posible expresarlo. Cesen las palabras, calle la lengua; despiértese y levántese hacia allí el corazón. No es algo que tiene que subir al corazón del hombre, sino algo adonde el corazón del hombre ha de subir. Prestemos atención a la criatura: *Desde la creación del mundo, lo invisible de él es conocido por la mente a través de lo que ha sido hecho.* Quizá en las cosas que hizo Dios, con las cuales tenemos cierta familiaridad por la costumbre, podamos encontrar alguna semejanza que nos sirva para probar que existe un conjunto de tres cosas, las cuales se nos presentan separadas y actúan inseparablemente.

16. Ea, hermanos; poned el sumo de atención. Ved ante todo lo que pretendo: dado que el Creador está muy por encima de nosotros, quizá pueda encontrar en la criatura tal semejanza. Quizá alguno de nosotros, a quien el resplandor de la verdad le haya rozado la mente con una como especie de

15. Aliquid adhuc uolo dicere, ubi uere et acriorem intentionem uestram requiro et deuotionem apud deum. Etenim locis corporalibus non tenentur nec *(360)* occupantur nisi corpora. Vltra locos corporales est diuinitas. Nemo eam tamquam spatio requirat. Vbique inuisibilis et inseparabilis adest: non in parte maior, in parte minor; sed ubique tota, nusquam diuisa. Quis uidet hoc? quis capit hoc? Compescamus nos: **[26]** meminerimus qui, unde loquamur. Illud, illud, quidquid est quod deus est, pie credatur, sancte cogitetur; et quantum datur, quantum potest, ineffabiliter intellegatur. Quiescant uerba, cesset lingua; cor excitetur, cor illuc leuetur. Non enim est illud tale, quod in cor hominis ascendat, sed quo cor hominis ascendat. Adtendamus creaturam—*inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur* (Rom 1,20)—ne forte in his, quae fecit deus, in quibus habemus quamdam consuetudinis familiaritatem, inueniamus aliquam similitudinem, unde probemus esse aliqua tria, quae tria separabiliter proferantur, inseparabiliter operentur.

16. Heia, fratres, adestote toto animo. Videte prius quid promittam, ne forte in creatura inueniam quia creator a nobis excelsus est. Et forte uerba quisquam nostrum, cui fulgor ueritatis aliqua mentem quasi corus-

relámpago, pueda apropiarse aquellas palabras: *Yo dije en mi arrobamiento.* ¿Qué dijiste? *He sido arrojado de la presencia de tus ojos.* A mí me parece que quien dijo esto levantó a Dios su alma y la efundió por encima de sí mismo; al oír que se le decía todos los días *¿Dónde está tu Dios?,* llegó con un cierto contacto espiritual a aquella luz inmutable, luz que no pudo soportar por la debilidad de su mirada. Luego recayó de nuevo en su como enfermedad y debilidad, se comparó con ella y experimentó que la mirada de su mente no podía todavía adecuarse a la luz de la Sabiduría de Dios. Y como esto le había sucedido en estado de arrobamiento, abstraído de los sentidos corporales y absorto en Dios, cuando en cierto modo fue revocado por Dios a su condición de hombre, exclamó: *Yo dije en mi arrobamiento.* Vi en el éxtasis no sé qué cosa, que no pude soportar mucho tiempo; y devuelto a los miembros mortales y a los muchos pensamientos de los mortales procedentes del cuerpo que agrava al alma, dije. ¿Qué cosa? *He sido arrojado de la presencia de tus ojos.* Muy elevado estás tú; muy abajo estoy yo. ¿Qué podemos decir, hermanos, de Dios? Si lo que quieres decir lo has comprendido, no es Dios; si pudiste comprenderlo, comprendiste otra cosa en lugar de Dios. Si pudiste comprender algo, te ha engañado tu imaginación. Si pudiste comprenderlo, no es Dios; si en verdad se trata de Dios, no lo comprendiste. ¿Cómo, pues, quieres hablar de lo que no pudiste comprender?

17. Veamos, por tanto, si conseguimos encontrar algo en las criaturas con que probemos que algún conjunto de tres

catione perstringit, potest dicere uerba illa: *Ego dixi in extasi mea.* In extasi tua quid dixisti? *Proiectus sum a facie oculorum tuorum* (Ps 30,23). Etenim uidetur mihi iste, qui hoc dixit, leuasse ad deum animam suam, diffudisse super se animam suam, cum ei diceretur quotidie: *Vbi est deus tuus?* (cf. Ps 41,4) peruenisse spiritali quodam contactu ad illam **[27]** incommutabilem lucem, eamque infirmitate conspectus ferre non ualuisse, et in suam quasi aegritudinem atque langorem iterum recidisse, et comparasse se illi, et sensisse adhuc contemperari non posse aciem mentis suae luci sapientiae dei. Et quia hoc in extasi fecerat, abreptus a sensibus corporis et subreptus in deum, at ubi quodammodo a deo ad hominem reuocatus est, ait: *'Ego dixi in extasi mea* (Ps 30,23). Vidi enim nescio quid in extasi, quod diu ferre non potui; et, redditus mortalibus membris et multis mortalium cogitationibus a corpore quod aggrauat animam, dixi: quid? *Proiectus sum a facie oculorum tuorum* (ib.). Longe sursum es, longe deorsum sum'. Quid ergo dicamus, fratres, de deo? Si enim quod uis dicere, si cepisti, non est deus. Si comprehendere potuisti, aliud pro deo comprehendisti. Si quasi comprehendere potuisti, cogitatione tua te decepisti. Hoc ergo non est, si comprehendisti; si autem hoc est, non comprehendisti. Quid ergo uis loqui, quod comprehendere non potuisti?

17. Videamus ergo, ne forte in creatura inueniamus aliquid, ubi

cosas, que se manifiestan separadas unas de otras, obra inseparablemente. ¿A dónde nos dirigimos? ¿Al cielo para disputar acerca del sol, la luna y los astros? ¿O, acaso, a la tierra para hablar tal vez de los frutales, de los demás árboles y de los animales que la llenan? ¿O hemos de hablar del cielo mismo, o de la tierra, que contienen todo cuanto hay en cielo y tierra? ¡Oh hombre!, ¿hasta cuándo vas a estar dando vueltas en torno a la creación? Vuélvete a ti mismo, contémplate, sondéate, examínate [9]. Si buscas en la criatura algún conjunto de tres cosas que se manifiesten separadamente y que obren inseparablemente, si lo buscas en la criatura, repito, búscalo antes en ti mismo. ¿No eres también tú criatura? Buscas una semejanza. ¿Vas, acaso, a buscarla en una bestia? Hablabas de Dios, cuando te vino la idea de buscar una semejanza. Hablabas de la Trinidad, de la inefable Majestad; y porque fracasaste en las cosas divinas, confesaste con la debida humildad tu debilidad, y te volviste al hombre. Examínalo. ¿Diriges tu búsqueda a la bestia, al sol o a una estrella? ¿Qué cosa de éstas ha sido hecha a imagen de Dios? Una cosa tal, mejor la buscarás en ti que te eres más conocido. En efecto, Dios hizo el hombre a su imagen y semejanza. Busca en ti mismo; posiblemente la imagen de la Trinidad haya dejado algún vestigio de la Trinidad misma. ¿Qué imagen? Una imagen creada que dista mucho del modelo; una semejanza y una imagen que dista mucho del original. No es imagen como el Hijo, que es lo mis-

probemus aliqua tria et separabiliter demonstrari et inseparabiliter operari. Quo ibimus? Ad caelum, ut de sole et luna et sideribus disputemus? Ad terram, ut forte de frutectis, de arboribus, de animalibus terram implentibus? An de ipso caelo, an de ipsa terra, quae *(361)* continent **[28]** omnia quae sunt in caelo et in terra? Quamdiu, homo, circumis creaturam? Ad te redi: te uide, te inspice, te discute. In creatura quaeris aliqua tria et separatim demonstranda et inseparabiliter operantia. Si in creatura quaeris, in te prius quaere: non enim tu non es creatura? Similitudinem quaeris. Quaesiturus es in pecore? De deo enim loquebaris, cum quaereres quamdam similitudinem, de trinitate ineffabilis maiestatis loquebaris; et quia defecisti in diuinis, tuamque infirmitatem debita humilitate confessus es, ad humana uenisti. Ibi discute. Quaeris in pecore? quaeris in sole? in stella? Quid enim horum factum est ad imaginem et similitudinem dei? Prorsus familiarius et melius aliquid horum quaeris in te. Hominem enim deus fecit ad imaginem et similitudinem suam (cf. Gen 1,26). In te quaere, ne forte imago trinitatis habeat aliquod uestigium trinitatis. Et quae imago? Facta longe distans. Similitudo tamen et imago longe distans. Non quomodo imago filius, hoc quod pater. Aliter enim imago in filio, aliter in speculo. Multum distat.

[9] El regreso a la propia interioridad es uno de los pilares de la espiritualidad agustiniana. Véase la Nota complementaria 38: *La interioridad agustiniana* vol.VII p.757.

mo que el Padre. Una cosa es la imagen que se reproduce en un espejo y otra la que se reproduce en un hijo. Mucho dista la una de la otra. En tu hijo, tú mismo eres tu imagen. Tu hijo es lo mismo que tú en cuanto a la naturaleza. Es de tu misma sustancia, aunque es una persona diferente. El hombre no es, por tanto, una imagen como lo es el Hijo unigénito, sino que fue hecho a cierta imagen y a cierta semejanza. Busque dentro de sí algo, por si puede encontrar un conjunto de tres cosas que se pronuncien separadamente y actúen de forma inseparable. Yo buscaré; buscad conmigo. No yo en vosotros o vosotros en mí, sino vosotros dentro de vosotros mismos, y yo dentro de mí. Busquemos conjuntamente y exploremos en común nuestra común naturaleza y sustancia.

18. Mira, ¡oh hombre!, y advierte si no es verdad lo que voy a decir. ¿Tienes cuerpo? ¿Tienes carne? La tengo, dices. ¿Cómo, si no, ocupo un lugar y me muevo de aquí para allí? ¿Cómo oigo las palabras de quien habla sino a través de los oídos de la carne? ¿Cómo veo la boca de quien habla sino con los ojos de la carne? La tienes, me consta. No hay por qué fatigarse mucho tiempo por una cosa manifiesta. Lleva tu mirada más allá; observa lo que obra a través de la carne. Oyes ciertamente con el oído, pero no es el oído quien oye [10]. Hay alguien dentro que oye mediante el oído. Ves mediante el ojo; fíjate en él. ¿Conociste la casa y despreciaste al que mora en ella? ¿Acaso ve el ojo por sí mismo? ¿No es acaso otro quien ve por medio de él? No digo: «No ve el ojo de un muerto, de cuyo cuerpo se fue quien lo habitaba»; lo que digo es que el ojo de quien está pensando en otra cosa no ve la cara de

In filio, imago tua tu ipse es. Hoc est enim filius, quod tu natura. Substantia hoc quod tu, persona alius quam tu. Non ergo homo imago tamquam unigenitus filius, sed ad imaginem quamdam et ad quamdam similitudinem factus. Quaerat in se aliquid, si possit inuenire, et tria quaedam, quae separabiliter pronuntientur, inseparabiliter operentur. **[29]** Quaeram, quaerite mecum: non ego in uobis et uos in me, sed uos in uobis et ego in me: quaeramus communiter, et communem naturam atque substantiam communiter pertractemus.

18. Vide, homo, aduerte si uerum est quod dico. Habesne corpus? habes carnem? 'Habeo, inquis. Nam unde est unde in loco sum, unde loco in locum moueor? unde uerba loquentis audio, nisi per aurem carnis? unde os loquentis uideo, nisi per oculos carnis?' Habes, constat, nec diu satagendum est de re manifesta. Vide aliquid aliud: uide quod operatur per carnem. Audis enim aure, sed non ab aure audis: alius est intus, qui audit per aurem. Vides per oculum; ipsum intuere. An domum agnouisti, habitatorem neglexisti? Numquidnam uidet oculus per se ipsum? nonne alius est, qui uidet per oculum? Non dico: 'Non uidet oculus mortui, de quo constat corpore habitatorem abscessisse', sed ocu-

[10] La misma idea, a propósito del ojo en los sermones 126,3 y 241,2.

ranza, allí se enciende la caridad. ¿Quiere tu mente ser capaz de vencer tus concupiscencias? Sométase a quien es mayor que ella y vencerá a lo inferior. Entonces habrá en ti una paz verdadera, segura, ordenadísima. ¿Cuál es el orden sobre el que se fundamenta esta paz? Dios impera sobre la mente, la mente sobre la carne [10]. No existe otro orden más perfecto. Pero la carne tiene todavía sus debilidades. No era así en el paraíso; por el pecado se hizo así; por el pecado tiene el lazo de la discordia para nosotros. Pero vino el único que está sin pecado a poner de acuerdo nuestra alma y nuestra carne, y se dignó darnos como prenda al Espíritu Santo. *Quienes se dejan conducir por el Espíritu, ésos son los hijos de Dios. Dichosos los pacíficos, porque serán llamados hijos de Dios.* Toda esta lucha que nos produce fatiga a causa de nuestra debilidad —pues, aun cuando no consentimos a los malos deseos, estamos en cierto modo dentro de la batalla, y la seguridad no existe todavía—, toda esta lucha, repito, desaparecerá entonces cuando la muerte sea absorbida en la victoria. Escucha cuán cierto es que desaparecerá: *Conviene que este cuerpo corruptible,* son palabras del Apóstol, *se revista de incorrupción, y este cuerpo mortal de inmortalidad. Cuando este cuerpo mortal se haya revestido de inmortalidad, entonces se cumplirá lo que está escrito: La muerte fue absorbida por la victoria.* Concluida la guerra, se firmó la paz. Escucha la voz de los triunfadores: *¿Dónde está, ¡oh muerte!, tu esfuerzo? ¿Dónde está, muerte, tu aguijón?* Este es el grito de los vencedores; no quedará absolutamente ningún enemigo; nadie que luche dentro ni nadie que tiente

riorem; et erit pax in te vera, certa, ordinatissima. Qui est ordo pacis huius? Deus imperat menti, mens carni; nihil ordinatius. Sed adhuc caro habet infirmitates suas. Non sic erat in paradiso: peccato talis facta est, propter peccatum habet discordiae contra nos vinculum. Venit unus sine peccato concordare animam nostram cum carne nostra, et dignatus est dare nobis pignus Spiritus. *Quotquot enim Spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei* (Rom 8,14). Beati pacifici, quia ipsi filii dei vocabuntur. Tota autem ista pugna, quae de infirmitate fatigat nos—et quando malis concupiscentiis non consentimus, tamcn ipso proelio quodammodo occupamur, non adhuc securi sumus—tota ista pugna non erit tunc, quando absorbebitur mors in victoria. Audi quo modo non erit: *oportet corruptibile corpus*—hoc apostolus dicit—*ut induatur incorruptionem, et mortale hoc induatur immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scribtus est: absorbta est mors in victoria* (1 Cor 15, 53-54). Finitum est bellum, et pace conclusum: Audi vocem triumphantium: *ubi est, mors, contentio tua? Ubi est, mors, aculeus tuus?* (1 Cor 15,55). Iam vox ista triumphantium est: nullus *(634)* hostis omnino

[10] En idéntico contexto lo expone en *El sermón del Señor en la montaña* I 2,9.

fuera. *Dichosos, pues, los pacíficos, porque serán llamados hijos de Dios.*

13. *Dichosos los que sufren persecución a causa de la justicia.* Esta adición última es lo que distingue al mártir del ladrón, pues también éste sufre persecución, pero por sus malas acciones, y no busca la corona, sino que paga la pena debida. Al mártir no lo hace la pena, sino la causa [11]. Elija primero la causa y sin temor sufra la pena. Cuando Cristo padeció, en un mismo lugar había tres cruces: él en el medio, y a un lado y a otro los ladrones. Mira la pena: nada más semejante; sin embargo, sólo uno de los ladrones encontró, estando en la cruz, el paraíso. Cristo, en medio como un juez, condena al soberbio y viene en ayuda del humilde. Aquel madero fue para Cristo un tribunal [12]. ¿Qué hará cuando venga a juzgar, él que pudo tanto cuando se hallaba juzgado? Dice al ladrón arrepentido: *En verdad te digo, hoy estarás conmigo en el paraíso.* El, en cambio, ponía un plazo más largo. ¿Qué le había dicho? *Acuérdate de mí, Señor, cuando llegues a tu reino.* «Reconozco, dijo, mis malas acciones; sea, pues, justamente atormentado hasta tu regreso». Y, puesto que todo el que se humilla es exaltado, inmediatamente profirió la sentencia, concediendo el perdón. *Hoy,* dijo, *estarás conmigo en el paraíso.* Pero ¿acaso fue sepultado aquel mismo día el Señor en la totalidad de su ser?

remanebit, non intus luctator, non foris temptator. *Beati* ergo *pacifici, quoniam filii dei vocabuntur.*

13. *Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam* (Mt 5,10). Hoc additamentum martyrem a latrone discrevit: nam et latro pro malis suis patitur persequutionem, nec quaerit coronam, sed luit debitam poenam. Martyrem non facit poena, sed causa: prius eligat causam, et securus sufferat poenam. In loco uno tres cruces erant, quando passus est Christus: ipse in medio, hinc atque hinc latrones duo. Attende poenam, nihil similius: tamen unus latronum in cruce invenit paradisum. Ille in medio iudicans damnat superbum, subvenit humili. Lignum illud Christo tribunal fuit. Quid agit iudicaturus, qui haec potuit iudicatus? Latroni ait confesso: *amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* (Lc 23,43). Ille enim se differebat. Quid enim ille dixerat? *Memento mei domine,* **[685]** *cum veneris in regnum tuum* (Lc 23,42). Novi, inquit, mala mea: certe huc usque crucier, donec venies. Et quia omnis qui se humiliat exaltabitur, statim protulit sententiam, dedit indulgentiam: *Hodie,* inquit, *mecum eris in paradiso.* Sed nunquid totus dominus ipso die sepultus? Secundum

[11] Pensamiento muy frecuente, sobre todo en la controversia antidonatista (véanse *Sermones* 275,1; 285,2; 327,1; 328,4; 325,2; *Enarraciones a los Salmos* 68,I, 9; 34,II, 15; *Cartas* 108,14; 204,4, etc.). Con él rebatía a los fanáticos circunceliones (véase la Nota al sermón 47,17), que se buscaban la muerte de múltiples maneras para ser considerados como mártires.

[12] La misma idea la encontramos en los sermones 331,2; 327,2; 335,2; *Tratados sobre el Evangelio de San Juan* 31,11.

En su carne iba a estar en el sepulcro; en su alma, en cambio, bajaría a los infiernos, no en condición de vencido, sino para liberar a los vencidos. Si, pues, en el mismo día iba a estar en los infiernos según el alma y según la carne, ¿cómo dijo: *Hoy estarás conmigo en el paraíso?* ¿Acaso Cristo se reduce sólo a la carne y al alma? Se te pasa por alto que *en el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios y el Verbo era Dios.* Te olvidas de que Cristo es el Poder y Sabiduría de Dios. ¿Dónde no está la Sabiduría de Dios? ¿No se ha dicho de ella: *Toca con fuerza de un extremo a otro y dispone todo con suavidad?* Por tanto, se refiere a la persona del Verbo cuando dice: *Hoy estarás conmigo en el paraíso.* Hoy, dijo, según el alma desciendo a los infiernos; pero según la divinidad no me aparto del paraíso.

14. En la medida de mis posibilidades, he expuesto a vuestra caridad todas las bienaventuranzas de Cristo. Os veo que estáis alegres, como queriendo escuchar todavía más. Vuestra caridad me ha provocado a decir tantas cosas y hasta hubiera podido decir otras muchas; pero es mejor que rumiéis bien lo recibido y lo digiráis para vuestra salud.

carnem in sepulchro futurus erat; secundum animam apud inferos futurus erat, non vinciendus, sed vinctos soluturus. Si ergo ipso die secundum animam apud inferos futurus erat, secundum carnem in sepulchro futurus erat, quomodo dixit: *hodie mecum eris in paradiso?* Sed nunquid totus est Christus anima et caro? Excidit tibi, *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud deum, et deus erat Verbum* (Io 1,1). Excidit tibi, Christum esse dei virtutem et dei sapientiam. Ubi ergo non est sapientia dei? Nonne de illa dictum est, *attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter?* (Sap 8,1). Ergo secundum Verbi personam ait, *hodie mecum eris in paradiso.* Hodie, inquit, secundum animam ad inferos descendo, sed secundum divinitatem de paradiso non discedo.

(635) 14. Omnes beatitudines Christi, quantum potui, exposui caritati vestrae. Alacres quidem vos tantum esse video, ut adhuc velitis audire. Provocavit nos multa dicere caritas vestra, et forte alia dicere possemus: sed melius est ut quae accipitis bene ruminetis, et salubriter digeratis.

SERMON 54

Tema: Paralelismo entre Mt 5,16 y 6,1.

Fecha: En los años 409-410.

Lugar: Desconocido.

1. Suele preocupar a muchos, amadísimos, el que nuestro Señor Jesucristo, habiendo dicho en el sermón de la montaña: *Brille vuestra luz delante de los hombres, para que vean vuestras buenas obras y glorifiquen a vuestro Padre que está en el cielo,* haya dicho después: *Procurad no hacer vuestras buenas obras delante de los hombres para ser vistos por ellos.* Esto causa, en efecto, turbación en la mente de quien es corto de inteligencia, y, deseando ciertamente obedecer a uno y otro precepto, fluctúa entre pensamientos diversos y adversos. Uno no puede obedecer a un solo señor que ordena cosas contrarias al mismo tiempo, del mismo modo que nadie puede servir a dos señores, según el testimonio del Salvador en el mismo sermón. ¿Qué ha de hacer, pues, el alma indecisa que considera que no puede obedecer y al mismo tiempo teme no hacerlo? Si expone a la luz pública sus buenas obras para que sean vistas por los hombres, con el fin de cumplir lo mandado: *Brille vuestra luz delante de los hombres para que vean vuestras bue-*

SERMO LIV **[PL 38,372]**

DE EO QUOD SCRIPTUM EST IN EVANGELIO MATTHAEI, CAP. 5,16: «SIC LUCEAT LUMEN VESTRUM CORAM HOMINIBUS, UT VIDEANT BONA OPERA VESTRA, ET GLORIFICENT PATREM VESTRUM QUI IN CAELIS EST»; ET CONTRA, CAP. 6,1: «ATTENDITE NE IUSTITIAM VESTRAM FACIATIS CORAM HOMINIBUS, UT VIDEAMINI AB EIS»

CAPUT I.—1. *Praecepta in speciem contraria.*—Solet multos move-re, carissimi, quod Dominus noster Iesus Christus in Sermone evangelico, cum prius dixisset: *Luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant bona opera vestra, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est,* postea dixit: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Turbatur enim mens parum intellegentis, et praecepto utique obaudire cupientis, et per diversa et adversa distenditur. Tam enim nemo potest quamvis uni domino obtemperare repugnantia iubenti, quam nemo potest etiam duobus dominis servire: quod eodem Sermone Salvator ipse testatus est (Mt 6,24). Quid ergo faciet animus nutans, cum se obtemperare non posse existimat, et non obtemperare formidat? Si enim bona opera sua in luce posuerit hominibus intuenda, ut faciat quod praeceptum est, *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant bona opera*

nas obras y glorifiquen a Vuestro Padre que está en el cielo, se considerará culpable de haber obrado contra el precepto que dice: *Procurad no hacer vuestras buenas obras delante de los hombres para ser vistos por ellos.* Y si, por el contrario, por temor y cautela ocultase lo bueno que hace, juzgará no servir a quien ordenando le dice: *Brille vuestra luz delante de los hombres para que vean vuestras buenas obras* [1].

2. Quien los entiende rectamente cumplirá uno y otro precepto y servirá al Señor, dueño de todo, que no le condenaría como siervo perezoso si le hubiese mandado algo de todo punto imposible. Escuchad, por tanto, a Pablo, *siervo de Jesucristo, llamado a ser apóstol, segregado para el Evangelio de Dios;* él cumple y enseña una y otra cosa. Ved cómo brilla su luz ante los hombres para que vean sus buenas obras: *Nos recomendamos,* dice, *a nosotros mismos a toda conciencia de hombres en la presencia de Dios.* Y en otro lugar: *Nos preocupamos de hacer el bien, no sólo delante de Dios, sino también delante de los hombres.* Y todavía: *Agradad a todos en todo, como yo lo hago.* Ved ahora cómo se preocupa de no hacer sus obras buenas delante de los hombres para ser visto por ellos: *Examine cada cual sus obras,* dice, *y entonces hallará de qué gloriarse en sí mismo y no en otro.* Y en otra parte: *Porque nuestra gloria es el testimonio de nuestra conciencia.* Pero nada tan manifiesto como esto: *Si todavía buscase agradar a los hombres,* dice, *no sería siervo de Cristo.* Y para que

vestra, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est; reum se teneri arbitrabitur, quia contra praeceptum fecit, ubi dicitur: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Rursusque si hoc timens et cavens, ea quae bene facit **[373]** absconderit, non se putabit servire imperanti et dicenti: *Luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant bona opera vestra.*

Caput II.—2. *Utrumque praeceptum implet Apostolus.*—Qui recte autem intellegit, utrumque implet, et serviet universissimo Domino, qui servum pigrum non damnaret, si ea quae fieri nullo modo poterant, imperaret. Audite enim Paulum servum Christi Iesu, vocatum Apostolum, segregatum in Evangelium Dei, utrumque et facientem et docentem. Videte quemadmodum luceat lumen eius coram hominibus, ut videant bona opera eius. *Commendamus,* inquit, *nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum in conspectu Dei* (2 Cor 4,2); et iterum: *Providemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus* (ib., 8,21); et iterum: *Placete omnibus per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo* (1 Cor 10,33). Videte rursus quemadmodum attendat, ne faciat iustitiam suam coram hominibus, ut videatur ab eis. *Opus autem suum probet,* inquit, *unusquisque; et tunc in semetipso habebit gloriam, et non in altero* (Gal 6,4): et iterum, *Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae* (2 Cor 1,12); et illud quod nihil est manifestius: *Si adhuc,* inquit,

[1] El mismo tema es desarrollado de idéntica manera en el *sermón* 47,12-14.

ninguno de los que se sienten turbados por los preceptos del Señor, como si fueran contrarios entre sí, intente plantearle a él con más motivo la misma dificultad y le pregunte: «¿Cómo dices tú: *Agradad a todos en todo, como yo lo hago* y, al mismo tiempo, *si aún buscase agradar a los hombres no sería siervo de Cristo?* Ayúdenos el Señor, que hablaba también por boca del Apóstol su siervo; descúbranos su voluntad y concédanos la gracia de obedecerle.

3. Las mismas palabras evangélicas llevan consigo su explicación. Con todo, no cierran la boca de los hambrientos, puesto que alimentan los corazones de quienes pulsan a sus puertas. Ha de examinarse la intención del corazón humano: a dónde se dirige y dónde fija su mirada. Si quien desea que sus buenas obras sean vistas por los hombres, coloca ante ellos su gloria y utilidad personal y es esto lo que busca en presencia de ellos, no cumple nada de lo mandado por el Señor al respecto, porque buscó el hacer sus buenas obras delante de los hombres para ser visto por ellos, pero no brilló ante ellos su luz en forma tal que, viendo esas buenas obras, glorificasen al Padre que está en el cielo. Quiso glorificarse a sí mismo, no a Dios. Buscó su propia voluntad, no amó la de Dios. De los tales dice el Apóstol: *Todos buscan sus intereses, no los de Jesucristo.* Por esto, el pasaje no concluye donde dice: *Brille vuestra luz delante de los hombres para que vean vuestras buenas obras,* sino que añadió seguidamente con qué intención han de hacerse: *para que glorifiquen,* dice, *a vuestro Padre*

hominibus placerem, Christi servus non essem (Gal 1,10). Sed ne quisquam eorum qui de praeceptis quasi repugnantibus ipsius Domini moventur, multo magis Apostolo eius ingerat quaestionem, et dicat: Quomodo tu dicis: *Placete omnibus per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo;* et tu idem dicis: *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem?* Adsit ipse Dominus, qui etiam in servo suo et Apostolo loquebatur, et aperiat nobis voluntatem suam, et tribuat oboediendi facultatem.

3. *Conciliantur duo illa praecepta.*—Ipsa quippe verba evangelica secum portant expositiones suas; nec intercludunt ora esurientium, quia pascunt corda pulsantium. Intentio quippe cordis humani quo dirigatur, et quo spectet intuendum est. Si enim qui vult videri ab hominibus bona opera sua, gloriam et utilitatem suam ponit ante homines, et hanc in conspectu hominum quaerit; nihil eorum, quae de hac re Dominus praecepit, implevit: quia et attendit facere iustitiam suam coram hominibus, ut videretur ab eis; et non sic eluxit lumen eius coram hominibus, ut ad hoc viderent bona opera eius, ut glorificarent Patrem qui in caelis est. Se quippe voluit glorificari, non Deum; et suam quaesivit utilitatem, non dilexit Domini voluntatem. De qualibus dicit Apostolus: *Omnes enim quae sua sunt quaerunt, non quae Iesu Christi* (Phil 2,21). Itaque non illic sententia terminata est, ubi ait: *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant bona opera vestra;* sed continuo subiunxit cur

que está en el cielo. En consecuencia, el hombre, al hacer el bien para que sea visto por los hombres, en su interior debe tener como intención el obrar bien; la intención, en cambio, de darlo a conocer téngala solamente para alabanza de Dios, pensando en aquellos a quienes lo da a conocer. A éstos es provechoso el que cause agrado Dios, que concedió al hombre el don de hacer el bien, para que no pierdan la esperanza de que también a ellos, si lo desean, puede serles concedido. De modo parecido, la frase: *Procurad no hacer vuestras buenas obras delante de los hombres,* terminó precisamente allí donde dice: *para ser vistos por ellos.* Y no añadió: *para que glorifiquen a vuestro Padre que está en el cielo,* sino: *De otro modo no tendréis recompensa de vuestro Padre que está en el cielo.* Aquí manifestó que quienes son tales cuales él no quiere que sean sus fieles, consideran su recompensa el ser vistos por los hombres, y en eso ponen su bien; allí recrean la vanidad de su corazón, allí se vacían y se hinchan, allí se engríen y se consumen. ¿Por qué no bastó decir: *Procurad no hacer vuestras buenas obras delante de los hombres,* sino que añadió: *para ser vistos por ellos?* Porque hay algunos que hacen sus buenas obras delante de los hombres, no para ser vistos por ellos, sino para que sean admiradas y glorificado el Padre que está en el cielo, quien se dignó conceder tales obras a pecadores ya justificados.

4. Estos no consideran su justicia como propia, sino de aquel por la fe en el cual viven. Por eso dice el Apóstol: *A fin*

faciendum sit, *ut glorificent,* inquit, *Patrem vestrum, qui in caelis est;* ut homo cum bene faciens videtur ab hominibus, intentionem boni facti habeat in conscientia sua, intentionem vero innotescendi non [374] habeat nisi in laudibus Dei, propter eorum quibus innotescit utilitatem; quibus hoc prodest, ut Deus placeat, qui hoc praestitit homini; atque ita non desperent, etiam sibi si voluerint hoc posse praestari. Itaque aliam sententiam, ubi ait: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus,* non alibi terminavit, quam ubi dixit: *ut videamini ab eis;* nec addidit: *Et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est;* sed potius addidit: *Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in caelis est.* Hinc enim ostendit eos qui tales sunt, quales fideles suos esse non vult, in eo ipso mercedem quaerere, quod videntur ab hominibus, ibi constituere bonum suum; ibi oblectare vanitatem cordis sui, ibi exinaniri et inflari, ibi tumescere et contabescere. Cur enim non sufficit, ut diceret: *Attendite ne faciatis iustitiam vestram coram hominibus;* sed addidit, *ut videamini ab eis;* nisi quia sunt quidam, qui sic faciunt iustitiam suam coram hominibus, non ut videantur ab eis, sed ut ipsa opera videantur, et glorificetur Pater qui est in caelis, qui ea iustificatis impiis donare dignatus est?

Caput III.—4. *Quisnam vere praeceptum utrumque implevit.*—Qui tales sunt, nec suam iustitiam deputant, sed eius ex cuius fide vivunt.

de ganar a Cristo y poder hallarme en él, no poseyendo una justicia propia, que procede de la ley, sino la que procede de la fe en Jesucristo, la que viene de Dios, la que brota de la fe. Y en otro lugar: *Para que seamos justicia de Dios en él.* Por lo que reprende de esta manera a los judíos: *Desconociendo,* dice, *la justicia de Dios y queriendo imponer la suya, no se sometieron a la justicia de Dios.* Así, pues, hay quien desea que sus obras sean vistas por los hombres para que sea glorificado aquel de quien recibió el obrar las cosas que en él se ven, y de esta forma quienes las contemplan se sientan impulsados por la piedad de su fe a imitar el bien; y entonces la luz de éste brilla verdaderamente ante los hombres. De él se irradia la luz de la caridad y no el humo de la vanidad. El mismo se precave de no hacer su justicia delante de los hombres para ser visto por ellos. Como no la considera propia, no la realiza para ser visto, sino para que se piense en aquel que recibe su alabanza del hombre justificado, para que haga realidad en quien alaba lo que es alabado en el otro, es decir, para que haga también digno de alabanza a quien alaba. Fijaos en el Apóstol. Cuando dijo: *Agradad a todos en todo, como también yo lo hago,* no se detuvo en eso, como si el fin que se proponía fuese agradar a los hombres —pues, de lo contrario, hubiese dicho falsamente: *Si aún buscase agradar a los hombres, no sería siervo de Cristo—,* sino que añadió inmediatamente el motivo por el que agradaba a los hombres: *No buscando,* dice, *mi utilidad, sino la de muchos para que se salven.* No buscaba,

Unde et Apostolus dicit: *Ut Christum lucrifaciam, et inveniar in illo, non habens meam iustitiam, quae ex Lege est, sed eam quae est per fidem Christi, quae est ex Deo, iustitia ex fide* (Phil 3,8 et 9); et in alio loco: *Ut nos simus iustitia Dei in illo* (2 Cor 5,21). Unde et Iudaeos ita reprehendit: *Ignorantes,* inquit, *Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti* (Rom 10,3). Quisquis ergo ita vult videri hominibus opera sua, ut ille glorificetur, a quo ea quae in illo videntur accepit, et sic ad imitandum bonum iidem ipsi qui vident pietate fidei provocentur, vere lumen eius lucet coram hominibus: quia lux de illo caritatis radiatur, non superbiae fumus evomitur: et in eo ipso cavet, ne iustitiam suam faciat coram hominibus, ut videatur ab eis; quia nec suam deputat illam iustitiam, nec ideo facit ut ipse videatur; sed ut ille intelligatur, qui laudatur in homine iustificato, ut faciat et in laudante quod laudatur in altero, id est, ut laudantem faciat esse laudabilem. Attendite et Apostolum, cum dixisset: *Placete omnibus per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo;* quomodo non ibi remansit, quasi ibi constituerit finem intentionis suae, ut placeret hominibus; alioquin falsum dixisset: *Si adhuc hominibus plecerem, Christi servus non essem;* sed deinde subiunxit quare hominibus placeret. *Non quaerens,* inquit, *quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant* (1 Cor 10,33). Ita et non placebat hominibus propter suam utilitatem, ne Christi servus non esset;

pues, agradar a los hombres en utilidad propia; de lo contrario, no sería siervo de Cristo. Si les agradaba, era buscando su salvación, para ser un idóneo dispensador de Cristo. Porque ante Dios le bastaba su conciencia; ante los hombres resplandecía lo que ellos debían imitar.

SERMON 55

Tema: Comentario a Mt 5,22.

Fecha: Anterior al año 409.

Lugar: Desconocido.

1. El capítulo del santo Evangelio que acabamos de escuchar en la lectura debe de habernos aterrorizado si tenemos fe. Quienes no la tienen, no sienten terror alguno. Y, puesto que no lo sienten, quieren vivir en una perversa seguridad, no sabiendo distribuir y distinguir el tiempo del temor y el de la seguridad. Tema, pues, quien se halla en esta vida que tiene un fin; así podrá en aquella otra vida tener seguridad sin fin. Hemos temido, pues. ¿Quién no se llena de temor ante la Verdad que habla y dice: *El que dijere a su hermano: «Necio», será reo del fuego del infierno?* No hay hombre que pueda dominar su lengua. El mismo hombre que doma a una fiera, no domina su lengua; doma a un león, y no refrena la con-

et placebat hominibus propter illorum salutem, ut Christi esset dispensator idoneus: quia et illi coram Deo conscientia sufficiebat, et de illo coram hominibus quod imitarentur, elucebat.

SERMO LV **[PL 38,375]**

DE VERBIS EVANGELII MATTHAEI, CAP. 5,22: «QUI DIXERIT FRATRI SUO: FATUE, REUS ERIT GEHENNAE IGNIS», ETC.

CAPUT I.—1. *Timor utilis.*—Sancti Evangelii capitulum, quod modo cum legeretur audivimus, valde nos terruit, si fidem habemus: eos autem non terruit, qui fidem non habent. Et quia non terret eos, volunt esse perverse securi, nescientes distribuere et distinguere tempora timoris et securitatis. Timeat ergo qui ducit modo vitam cum fine, quo possit in illa vita habere securitatem sine fine. Ergo timuimus. Quis enim non timeat loquentem Veritatem et dicentem: *Qui dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehennae ignis?* Linguam autem nullus hominum domare potest. Et homo domat feram, non domat linguam: domat leonem, et non refrenat sermonem: domat ipse, et non domat se ipsum: domat quod timebat;

versación; es domador, pero no de sí mismo. Doma aquello a lo que temía, y para dominarse a sí mismo no teme lo que debería temer. ¿Qué sucede? Es frase verdadera, que procede también del oráculo de la Verdad: *Ningún hombre puede dominar su lengua.*

2. ¿Qué haremos entonces, hermanos míos? Estoy hablando a una multitud, me doy cuenta de ello. Mas, puesto que todos somos una sola cosa en Cristo, deliberemos como a puertas cerradas. Ningún extraño nos escucha. Somos una sola cosa, porque estamos en unidad. ¿Qué haremos? *El que dijere a su hermano: «Necio», será reo del fuego del infierno. Ningún hombre puede dominar su lengua.* ¿Irán, pues, todos al fuego del infierno? En ningún modo. *Señor, te has convertido en nuestro refugio de generación en generación.* Tu ira es justa y a nadie envías injustamente al infierno. *¿A dónde iré que me aleje de tu espíritu? ¿A dónde huiré que me aleje de ti?* ¿A dónde, sino a ti? Por tanto, hermanos, si ningún hombre puede dominar su lengua, acudamos a Dios para que la domine. Si quieres dominarla tú solo, no podrás, porque eres hombre. *Ningún hombre puede dominar su lengua.* Pon atención a una semejanza tomada de las mismas fieras que domamos. El caballo no se doma a sí mismo, ni el camello, ni el elefante, ni el áspid, ni el león. Tampoco el hombre se doma a sí mismo. Mas para domar al caballo, al buey, al camello, al elefante, al león, al áspid, se requiere el hombre. Por tanto, busquemos a Dios para que dome al hombre.

et ut se domet, non timet quod timere debebat. Sed quid fit? Sententia vera, et ista processit de oraculo veritatis: *Linguam autem nullus hominum domare potest* (Iac 3,7.8).

Caput II.—2. *Divini auxilii necessitas ad domandam linguam.*—Quid ergo faciemus, fratres mei? Video me quidem ad multitudinem loqui: sed quia unum sumus omnes in Christo, tanquam in secreto consilium capiamus. Nullus nos audit extraneus, unum sumus, quia in unum sumus. Quid faciemus? *Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennae ignis. Linguam autem nullus hominum domare potest.* Ibunt ergo omnes in gehennam ignis? Absit. *Domine, refugium factus es nobis, a generatione in generationem* (Ps 89,1). Ira tua iusta est: neminem in gehennam mittis iniuste. *Quo ibo a spiritu tuo, et a te quo fugiam* (Ps 138,7), nisi ad te? Ergo intellegamus, carissimi, quia si linguam nullus hominum domare potest, ad Deum confugiendum est, qui domet linguam nostram. Si enim tu eam domare volueris, non potes, quia homo es? *Linguam nullus hominum domare potest.* Attendite similitudinem ab ipsis bestiis quas domamus. Equus non se domat; camelus non se domat; elephantus non se domat; aspis non se domat; leo non se domat: sic et homo non se domat. Sed ut dometur equus, bos, camelus, elephantus, leo, aspis, quaeritur homo. Ergo Deus quaeratur, ut dometur homo.

3. Así, pues, *Tú, Señor, te has convertido en nuestro refugio.* Recurrimos a ti, pues nos irá bien contigo. Con nosotros nos va mal. Al abandonarte nosotros a ti, tú nos dejaste en poder de nosotros mismos. Encontrémonos de nuevo en ti, puesto que habíamos perecido en nosotros. *Tú, Señor, te has convertido en nuestro refugio.* ¿Vamos a dudar, hermanos, de la capacidad del Señor de volvernos mansos si nos confiamos a él para que nos dome? Has domado tú a un león, que no es obra de tus manos, ¿y no va a domarte a ti quien te hizo? ¿Cómo pudiste domar bestias tan feroces? ¿Puedes, acaso, compararte a ellas en fuerza? ¿De qué poder te serviste para domar tan enormes bestias? Lo que llamamos jumentos, son también bestias. Estando sin domar, no se hace vida de ellos. Mas como la costumbre ha hecho que los hayamos visto siempre sometidos al hombre, bajo sus frenos y su poder, los juzgas mansos de nacimiento. Piensa en las bestias feroces. Cuando ruge un león, ¿quién no se estremece? ¿Por qué, con todo, te consideras más fuerte? No por la fuerza corporal, sino por la razón interior de tu mente. Eres más fuerte que el león, por aquello en que fuiste hecho a imagen de Dios. La imagen de Dios doma a la fiera; ¿no va a domar Dios a su imagen?

4. En él está nuestra esperanza; sometámonos a él e imploremos misericordia. Pongamos en él nuestra esperanza, y mientras nos doma y ablanda, es decir, nos hace perfectos, soportémosle en cuanto domador. Frecuentemente se sirve nuestro domador también del látigo. Si tú, para domar tus jumentos,

Caput III.—3. *Deus linguae domitor.*—Ergo, *Domine, refugium factus es nobis.* Conferimus nos ad te, et bene nobis erit de te. Malum est enim nobis de nobis. Quia dimisimus te, dimisisti nos nobis. Inveniamur ergo in te, quia perieramus in nobis. *Domine, refugium factus es nobis.* Quid ergo, fratres mei, dubitare debemus, quia mansuetos nos faciet Dominus, si nos domandos ei praebeamus? Domuisti leonem, **[376]** quem non fecisti; non domat te, qui fecit te? Unde enim bestias tam immanes domare potuisti? Numquid eis aequaris viribus corporis? Qua ergo virtute ingentes bestias domare potuisti? Ipsa iumenta quae dicuntur, bestiae sunt. Non enim indomita tolerantur. Sed quia non eas novit consuetudo, nisi in manibus hominum et sub frenis hominum et sub potestate hominum, putas eas mansuetas nasci potuisse? Certe feras immanes attende. Fremit leo, quis non timeat? Et tamen unde te intellegis fortiorem? Non corporis virtute, sed mentis ratione interiore. Fortior es leone, unde factus es ad imaginem Dei. Imago Dei domat feram; et non domat Deus imaginem suam?

Caput IV.—4. *Ferendum flagellum Dei domitoris.*—In illo spes est, ei nos subdamus, et misericordiam precemur. In illo spem nostram ponamus, et donec domemur et perdomemur, id est, perficiamur, domitorem feramus. Plerumque enim profert domitor noster etiam flagella. Si enim tu ad domanda iumenta tua profers virgam, profers flagellum; Deus non

empuñas la vara y el látigo, ¿no los va a utilizar Dios para domar sus jumentos, que somos nosotros, él que de sus jumentos hará hijos suyos? Domas a tu caballo; ¿qué le vas a dar cuando ya amansado comience a llevarte sobre sí, a sufrir tu disciplina, a obedecer tus órdenes, a ser jumento, es decir, ayuda *(adiumentum)* para tu debilidad? [1] ¿Qué recompensa vas a dar a quien ni siquiera das sepultura una vez muerto, sino que lo arrojas en presa a las aves? Dios, en cambio, una vez que te haya domado, te deja una heredad que es él mismo. Tras una muerte temporal, te resucitará. Te devolverá tu carne con cada uno de sus cabellos y te colocará en compañía de los ángeles cuando ya no necesites ser domado, sino sólo ser poseído por el piadosísimo Señor. Entonces Dios *será todo en todos*. No habrá adversidad alguna que nos pruebe, sino únicamente la felicidad que nos alimente. Nuestro Dios será nuestro pastor; nuestro Dios, nuestra bebida y nuestras riquezas. Cualquier cosa que busques aquí, él lo será para ti.

5. Con la vista puesta en esta esperanza se doma el hombre. ¿Hay motivo para considerar intolerable al domador? Se le doma con la mente puesta en esta esperanza. ¿Hay motivo para murmurar contra el domador si alguna vez llega a servirse del látigo? Escuchasteis la exhortación del Apóstol: *Si os apartáis de la corrección, sois bastardos, no hijos*. Los bastardos son los hijos del adúltero. *¿Qué hijo hay a quien su padre no corrija? Teníamos,* dijo, *padres carnales que nos corregían*

profert ad domanda iumenta sua, quod sumus nos, qui de iumentis suis faciet filios suos? Domas equum tuum: quid daturus es equo tuo, cum te coeperit portare mansuetus, ferre disciplinam tuam, oboedire imperio tuo, esse iumentum, hoc est, adiumentum infirmitatis tuae? Quid ei retribuis, quem nec saltem sepelis cum mortuus fuerit, sed discerpendum volatilibus proicis? Domito tibi Deus hereditatem servat, quod est ipse Deus: et ad tempus mortuum, resuscitat te. Carnem tuam usque ad numerum capillorum reddet tibi: et constituet te cum Angelis in aeternum, ubi iam non indigeas domari, sed tantummodo a piissimo possideri. Erit enim tunc Deus omnia in omnibus (1 Cor 15,28): nec erit ulla infelicitas quae nos exerceat, sed felicitas sola quae pascat. Ipse autem pastor noster, Deus noster: ipse potus noster, Deus noster; honor noster, Deus noster; divitiae nostrae, Deus noster. Quaecumque hic varia quaeris, ipse tibi unus omnia erit.

CAPUT V.—5. *Quam in spem hic domamur.*—Ad hanc spem homo domatur, et domitor intolerabilis habetur? Ad hanc spem homo domatur, et contra istum utilem domitorem, si forte flagellum proferat, murmuratur? Audistis exhortantem Apostolum: *Si separetis vos a disciplina, ergo nothi, et non estis filii.* Nothi sunt adulteri. *Quis enim est filius, cui non det disciplinam pater eius? Et carnis quidem nostrae,* inquit, *patres habeba-*

[1] En las *Cuestiones sobre el Heptateuco* V 38 lo dice claramente también: En latín reciben el nombre de *iumenta* porque ayudan *(a iuvando)*.

y los reverenciábamos. ¿No hemos de someternos mucho más al Padre de los espíritus, y viviremos? ¿Qué ha podido darte tu padre, hasta llegar a corregirte, a azotarte, a utilizar el látigo y a pegarte? ¿Acaso pudo otorgarte una vida sin fin? Lo que no pudo otorgarse a sí mismo, ¿cómo iba a dártelo a ti? Pensando en una módica cantidad de dinero, acumulada a base de usura y trabajo, te instruía a base de latigazos para que, al dejártela, no malgastaras viviendo mal el fruto de su trabajo. Y castigó al hijo por temor a que se perdiesen sus fatigas; porque te dejó lo que ni podía retener aquí ni llevar consigo. Nada te dejó aquí que pudiera seguir perteneciéndole. Desapareció él, para que así le sucedieras tú. Tu Dios, tu redentor, tu domador, castigador y padre te corrige. ¿Con qué finalidad? Para recibir una herencia; para lo cual no es preciso en este caso enterrar al padre. Para que tengas como herencia al Padre mismo. Con esta esperanza te corrige, y ¿murmuras? Y si te acaeciere algo desagradable, ¿llegarías a blasfemar? ¿A dónde irías que te alejases de su presencia? Mira; te deja tranquilo y no te azota. Aunque te deje cuando blasfemas, ¿no le oirás cuando te juzgue? ¿No es mejor que te azote y te reciba, antes que perdonándote te abandone?

6. Digamos, pues, al Señor Dios nuestro: *Tú, Señor, te has convertido en nuestro refugio de generación en generación.* Te has hecho nuestro refugio en el primer y segundo nacimiento. Fuiste refugio para que naciéramos, puesto que no existíamos. Refugio también para que renaciéramos, puesto que éramos malos. Tú, refugio para alimentar a quienes desertaban

mus correptores, et reverebamur; non multo magis subiciemur Patri spirituum, et vivemus? (Hebr 12,7-9). Quid enim tibi potuit praestare pater tuus, quia corripuit te, quia verberavit te, quia flagellum protulit et cecidit te? Numquid praestare potuit ut viveres in aeternum? Quod non potuit praestare sibi, quando praestaret tibi? Propter pecuniam suam quantulamcumque, quam de usuris et labore collegit, erudiebat te flagellis, ne tibi dimissus labor eius te male vivente disperderetur. Et cecidit filium, timens perire labores suos: quoniam reliquit tibi, **[377]** quod nec tenere hic poterat, nec auferre. Non enim hic aliquid tibi dimisit quod ipsius esse possit: cessit, ut sic accederes. Deus autem tuus, redemptor tuus, domitor tuus, castigator tuus, pater tuus, erudit te. Quo? Ut accipias hereditatem, ubi non efferas patrem, sed hereditatem habeas ipsum patrem. Ad hanc spem erudiris, et murmuras? et si quid triste acciderit, fortasse blasphemas? Quo ibis a spiritu eius? Ecce dimittit te, et non flagellat: deserit blasphemantem, non senties iudicantem? Nonne melius est ut flagellet te, et recipiat te, quam parcat tibi, et deserat te?

Caput VI.—6. *Refugium nostrum Deus.*—Dicamus ergo Domino Deo nostro: *Domine, refugium factus es nobis, in generatione et generatione.* In prima generatione et altera generatione, refugium factus es nobis. Tu refugium ut nasceremur, qui non eramus; tu refugium ut renas-

de ti; tú, refugio para levantar y dirigir a tus hijos; tú te has convertido en nuestro refugio. No nos separaremos de ti una vez que nos hayas librado de todos nuestros males y llenado de todos tus bienes. Regalas bienes, acaricias, para que no nos fatiguemos por el camino; corriges, pegas, golpeas, diriges, para que no nos salgamos de él. Tanto cuando acaricias para que no nos fatiguemos como cuando castigas para que no nos salgamos de él, *tú, Señor, te has convertido en nuestro refugio.*

SERMON 56

Tema: La entrega del Padrenuestro (Mt 6,9-13).

Fecha: En torno a los años 410-412.

Lugar: Hipona.

1. Para mostrar que, antes de que llegasen, fueron predichos por los profetas estos tiempos en que habían de creer en Dios todos los pueblos, el bienaventurado Apóstol adujo este testimonio de la Escritura: *Y sucederá que todo el que invocare el nombre del Señor será salvo.* Antes, sólo entre los israelitas era invocado el nombre del Señor que hizo el cielo y la tierra; los pueblos restantes invocaban a ídolos mudos y sordos, que no les podían oír, o a los demonios, por quienes

ceremur, qui mali eramus; tu refugium ut pasceres desertores tuos; tu refugium ut erigas et dirigas filios tuos; tu refugium factus es nobis. A te non recedemus, cum liberaveris nos ab omnibus malis nostris, et impleveris nos bonis tuis. Bona das, blandiris, ne fatigemur in via: corripis, caedis, percutis, dirigis, ne aberremus a via. Sive ergo blandiris, ne fatigemur in via; sive castigas, ne aberremus a via; *Domine, refugium factus es nobis.*

SERMO LVI

[RB 68 (1958) **26]** *(PL 38,377)*

De oratione dominica (Mt 6,9-13)

1. Beatus apostolus tempora ista, quando futurum erat, ut omnes gentes in deum crederent, praenuntiata ostendens fuisse a prophetis, hoc testimonium posuit quod scriptum est: *Et erit, omnis homo qui inuocauerit nomen domini, saluus erit* (Ioel 2,32). Antea enim apud solos Israëlitas inuocabatur nomen domini, qui fecit caelum et terram: ceterae gentes idola muta et surda inuocabant, a quibus non audiebantur; aut daemones, a quibus malo suo audiebantur. At ubi uenit plenitudo tem-

eran escuchados para su mal. Mas cuando llegó la plenitud de los tiempos se cumplió lo predicho: *Y sucederá que todo el que invocare el nombre del Señor será salvo.* Y después, como los mismos judíos, aun los que habían creído en Cristo, veían con malos ojos a los gentiles que habían recibido el Evangelio, mantenían que no debía anunciarse a quienes no estaban circuncidados. Contra ellos presentó el apóstol Pablo este testimonio: *Y sucederá que todo el que invocare el nombre del Señor será salvo,* añadiendo inmediatamente, para convencer a quienes no querían que se predicase el Evangelio a los gentiles, lo que sigue: *¿Cómo invocarán a aquel en quien no han creído? ¿O cómo creerán en aquel de quien no han oído hablar? ¿Cómo van a oír si nadie les predica? ¿O cómo predicarán si no son enviados?* El dijo: *¿Cómo invocarán a aquel en quien no han creído?* Esta es la causa por la que no recibisteis primero la oración y luego el símbolo [1], sino primero el símbolo para saber qué habéis de creer, y luego la oración en que conozcáis a quién habéis de invocar. El símbolo, por tanto, dice relación a la fe; la oración, a la súplica, puesto que quien cree es escuchado a través de su invocación.

2. Hay muchos que piden lo que no debieran, por desconocer lo que les conviene. Quien invoca a Dios, debe precaverse de dos cosas: pedir lo que no debe y pedirlo a quien no debe. Nada hay que pedir al diablo, a los ídolos y demonios. Si algo hay que pedir, hay que pedirlo a nuestro Señor Jesucristo; a Dios, padre de los profetas, apóstoles y mártires, al

poris (cf. Gal 4,4), impletur quod praedictum est: *Et erit, omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit* (Ioel 3,32). Deinde quia inuidebant ipsi Iudaei gentibus euangelium, etiam illi qui crediderunt in Christum, et dicebant non debere annuntiari euangelium Christi eis qui circumcisi non fuissent; quia contra istos posuit hoc testimonium Paulus apostolus: *Et erit, omnis quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit* (Rom 10,13): subiunxit statim ad illos conuincendos, qui nolebant euangelizari gentibus, et ait: *Quomodo autem inuocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? aut quomodo praedicabunt, si non mittantur?* Quia ergo dixit: *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt?* (Rom 10, 14-15), ideo non accepistis prius orationem, et postea symbolum; sed prius symbolum, ubi sciretis quid crederetis, et postea orationem, ubi nossetis quem inuo*(378)*caretis. Symbolum ergo pertinet ad fidem, oratio ad precem: quia qui credit, ipse exauditur inuocans.

[27] 2. Multi autem petunt quod petere non deberent, ignorantes quid eis expediat. Duas ergo res, qui inuocat, cauere debet: ne petat quod non debet, et ne ab illo petat a quo non debet. A diabolo, ab idolis, a daemonibus non est petendum aliquid quod debet peti: a domino deo

[1] Se refiere al Padrenuestro y al Símbolo de la fe. Véase la nota al sermón 5,3: *Los competentes.*

Padre de nuestro Señor Jesucristo, al Dios que hizo el cielo y la tierra y todo cuanto contienen. Mas hemos de guardarnos también de pedir lo que no debemos. Si la vida humana que debemos pedir la pides a ídolos mudos y sordos, ¿de qué te sirve? Lo mismo si pides a Dios Padre la muerte de tus enemigos, ¿qué te aprovecha? ¿No oíste o leíste, en el salmo que habla del detestable traidor Judas, lo que dice respecto a él la profecía: *Su oración le sea computada como pecado?* Si, pues, te levantas para pedir males para tus enemigos, tu oración se convertirá en pecado.

3. En los santos salmos habéis leído cómo la persona que habla en ellos lanza muchas y graves imprecaciones contra sus enemigos. Y ciertamente, dirá alguno, la persona que allí habla es justa. ¿Por qué, pues, desea tales males a sus enemigos? No los desea, sino que los prevé; es la profecía de quien anuncia, no el voto de quien desea el mal. Los profetas conocían en espíritu a quiénes iban a acaecer males y a quiénes bienes, y lo decían sirviéndose de la profecía, como si deseasen lo que preveían. Tú, en cambio, ¿cómo sabes que aquel para quien hoy pides el mal no ha de ser mejor que tú? «Pero sé, dices, que es un malvado». También sabes que lo eres tú tanto como él. Aunque quizá sea un atrevimiento por tu parte el juzgar el corazón, que desconoces, de otra persona, con certeza sabes que tú eres un malvado. ¿No oyes decir al Apóstol: *Yo fui primero blasfemo, perseguidor y dañino, mas obtuve misericor-*

nostro, domino Iesu Christo, deo Patre prophetarum, apostolorum et martyrum, a Patre domini nostri Iesu Christi, a deo qui fecit caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt (cf. Ps 145,6), ab illo petendum est, si quid petendum est. Sed cauendum est, ne et ab illo petatur quod petere non debemus. Vitam humanam quia petere debemus, si petas ab idolis surdis et mutis, quid tibi prodest? Item a deo Patre, qui est in caelis, si optas mortem inimicorum tuorum, quid tibi prodest? Non audisti uel legisti in psalmo, in quo praedictus est damnabilis traditor Iudas, quomodo prophetia dixit de illo: *Oratio eius fiat illi in peccatum?* (Ps 108,7). Si ergo surgis et oras mala inimicis tuis, oratio tua fiet in peccatum.

3. In psalmis sanctis legistis, ueluti multa imprecari mala inimicis suis, eum qui loquitur in psalmis. Et utique, ait aliquis, qui loquitur in psalmis iustus est: quare tam mala optat inimicis suis? Non optat, sed praeuidet: prophetia est praenuntiantis, non uotum maledicentis. In spiritu enim illi nouerant, quibus habebat euenire male, quibus bene: et per prophetiam dicebant, tamquam optarent quod praeuidebant. Tu autem unde scis, ne melior te futurus sit, cui hodie male petis? Sed scio illum malignum. Et te scis malignum. Quamuis forte audeas et de corde alterius iudicare quod nescis: sed et te scis malignum. Non **[28]** audis apostolum dicentem: *Qui prius fui blasphemus et persecutor et iniuriosus; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate?*

dia porque lo hice en la ignorancia y en la incredulidad? Cuando el apóstol Pablo perseguía a los cristianos, arrestándolos dondequiera que los hallase, presentándolos a los sacerdotes para que los oyeran en tribunal y los castigaran, ¿qué pensáis que hacía la Iglesia? ¿Oraba por él o contra él? La Iglesia, que había aprendido la lección de su Señor, quien pendiente de la cruz, dijo: *Padre, perdónales porque no saben lo que hacen,* pedía esto mismo para Pablo, mejor, para Saulo en aquel entonces, a fin de que tuviese lugar en él lo que efectivamente se realizó. El mismo dice: *Yo era desconocido para las Iglesias de Cristo que había en Judea. Solamente oían: «Aquel que en otros tiempos nos perseguía, ahora anuncia la fe que antes arrasaba», y glorificaban a Dios en mí.* ¿Por qué glorificaban a Dios, sino porque antes de hacerse esto realidad lo imploraban del Señor?

4. Como primera cosa, nuestro Señor suprime la palabrería, para que no te presentes ante Dios cargado de palabras, como si quisieras enseñarle algo con ellas. Cuando te pones a orar, necesitas piedad, no palabrería. *Sabe vuestro Padre de qué tenéis necesidad antes de que se lo pidáis.* Por tanto, no habléis mucho. Sabe ya él lo que necesitáis. Pero alguien puede decir: «Si sabe ya lo que necesitamos, ¿no sobran aun las pocas palabras? ¿Para qué orar? El lo sabe. Denos lo que necesitamos». Si quiso que orases es para dar sus dones a quien los desea; para que no parezca cosa vil lo dado [2]. Es él mismo quien inspira tal deseo. Las palabras que nuestro Señor Jesu-

(1 Tim 1,13). Quando Paulus apostolus persequebatur christianos, ligans ubi inueniebat, audiendos ad sacerdotes et puniendos attrahebat (cf. Act 9, 1-2); quid putatis, fratres, ecclesia contra illum orabat, an pro illo? utique, ecclesia dei, quae didicerat a domino suo, qui pendens in cruce dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* (Lc 23,34): talia precabatur pro Paulo, immo adhuc pro Saulo, ut hoc in illo fieret quod et factum est. Nam quia dicit: *Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudaeae, quae sunt in Christo; tantum autem audiebant, quia ille qui aliquando nos persequebatur, nunc euangelizat fidem quam aliquando uastabat, et in me magnificabant deum* (Gal 1,22-24): quare magnificabant deum, nisi quia antequam esset factum, rogabant deum?

4. Dominus ergo noster primo amputauit mul*(379)*tiloquium (cf. Mt 6,7), ne multa uerba afferas ad deum, quasi uelis multis uerbis docere deum. Quando ergo rogas, pietate opus est, non uerbositate. *Scit autem Pater uester quid uobis necessarium sit, priusquam petatis ab eo* (Mt 6,8). Nolite ergo multum loqui: quia nouit quid uobis necessarium sit. Sed ne forte hic aliquis dicat: Si nouit quid nobis sit necessarium, ut quid uel pauca uerba dicimus? ut quid oramus? ipse scit: det quod scit nobis necessarium. Sed ideo uoluit ut ores, ut desideranti det, ne uilescat quod dederit: quia et ipsum desiderium ipse insinuauit. Verba ergo quae docuit

[2] El pensamiento es constante en el santo.

cristo nos enseñó en la oración son la expresión de estos deseos. No te es lícito pedir otra cosa distinta de lo que en ella está escrito.

5. *Vosotros, pues, decid: Padre nuestro que estás en los cielos.* De lo que se deduce, como veis, que comenzasteis a tener a Dios por padre. Pero le tendréis cuando hayáis nacido (por el bautismo). Ahora, aunque no habéis nacido, habéis sido ya concebidos de su estirpe, como en la matriz de la Iglesia que os alumbrará en la fuente [3]. *Padre nuestro que estás en los cielos.* Acordaos de que tenéis un Padre en el cielo. En el nacimiento para la muerte tuvisteis a Adán por padre; recordadlo, teniendo a Dios por Padre vais a ser regenerados para la vida. Lo que decís, decidlo de corazón [4]. Haya afecto en quien ora y causará efecto en quien escucha. *Santificado sea tu nombre.* ¿Por qué pides que sea santificado su nombre? Es santo ya. ¿Por qué lo pides, si ya es santo? ¿Acaso cuando pides que sea santificado su nombre no ruegas en cierto modo a Dios por él mismo y no por ti? Si lo entiendes, ruegas también por ti. Pides que lo que siempre es santo en sí, lo sea también en ti. ¿Qué significa *Sea santificado?* Sea tenido por santo, no sea despreciado. Ves, pues, que, cuando deseas eso, deseas un bien para ti. Si despreciaras el nombre de Dios, el mal sería para ti, no para él.

6. *Venga tu reino.* ¿A quién se lo decimos? ¿Acaso no ha de venir el reino de Dios si no lo pedimos? Se habla del

dominus noster Iesus Christus in oratione, forma est desideriorum. Non tibi licet petere aliud, quam ibi scriptum est.

la oración. Y siendo el mismo Señor, como habéis recibido y proclamado en el símbolo, el Hijo único de Dios, no quiso, sin embargo, ser único. Es el único y no quiso ser único: se dignó tener hermanos. Son aquellos a quienes dijo: *Decid: Padre nuestro que estás en los cielos.* ¿A quién quiso que llamáramos padre, sino a su mismo Padre? ¿Tuvo acaso celos de nosotros? A veces los padres, cuando han engendrado uno, dos o tres hijos, tienen miedo a engendrar más, no sea que obliguen a los que vengan a mendigar. Mas, puesto que la herencia que a nosotros se nos promete es tal que, aunque la posean muchos, nadie sufrirá estrecheces, por esto mismo llamó a ser hermanos suyos a los pueblos gentiles, y el que es Hijo único tiene innumerables hermanos que dicen: *Padre nuestro que estás en los cielos.* Pronunciaron estas palabras hombres que nos han precedido y las pronunciarán quienes nos sigan. Ved cuántos hermanos en su gracia tiene el que es Hijo único al hacer partícipes de su herencia a aquellos por quienes sufrió la muerte. Teníamos padre y madre en la tierra, para nacer a las fatigas y a la muerte. Hemos encontrado otros padres de quienes nacemos para la vida eterna: Dios es el Padre; la Madre, la Iglesia [2]. Pensemos, amadísimos, de quién hemos comenzado a ser hijos y vivamos cual conviene a quienes tienen tal Padre. Ved que nuestro Creador se ha dignado ser nuestro Padre.

3. Acabamos de oír a quién debemos invocar; escuchamos también la esperanza de una herencia eterna que nos otorga el haber comenzado a tener a Dios como Padre; origamos qué he-

Dominus noster Iesus Christus docuit nos orationem: et cum sit ipse Dominus, sicut in Symbolo accepistis et reddidistis, Filius Dei unicus, tamen noluit esse unus. Unicus est, et unus esse noluit: fratres habere dignatus est. Quibus enim dicit: *Dicite: Pater noster, qui es in caelis?* Quem voluit a nobis appellari Patrem nostrum, nisi Patrem suum? Numquid invidit nobis? Parentes aliquando cum genuerint unum filium, duos, tres; iam timent generare, ne faciant alios mendicare. Sed quia talis est hereditas quam nobis promittit, quam multi obtineant, et angustias nemo patiatur; ideo in suam fraternitatem vocavit populos gentium, et habet Unicus innumerabiles fratres qui dicant: *Pater noster qui es in caelis.* Dixerunt ista qui fuerunt ante nos; dicturi sunt qui erunt post nos. Videte quantos fratres habeat Unicus in sua gratia, communicans cum illis hereditatem, pro quibus pertulit mortem. Habebamus patrem et matrem in terra, ut nasceremur ad labores et mortem: invenimus alios parentes, Deum Patrem et matrem Ecclesiam, a quibus nascamur ad vitam aeternam. Cogitemus, carissimi, cuius filii esse coepimus: et sic vivamus, quomodo decet eos qui talem habent Patrem. Videte, quia Creator noster dignatus est esse Pater noster.

Caput III.—3. *Quid a Patre petendum.*—Audivimus quem invocare debeamus, qua spe hereditatis aeternae Patrem in caelis habere coepimus:

[2] Como se ve, la idea es constante. Véase la nota al sermón 22,10.

mos de pedirle. ¿Qué hemos de pedir a tal Padre? ¿No le pedimos hoy y ayer y el otro día la lluvia? [3] Nada grande es lo que hemos pedido a tal Padre; y, sin embargo, veis con cuántos gemidos, con cuán gran deseo pedimos la lluvia, porque tememos morir, temor a algo que nadie puede eludir. Todo hombre ha de morir más pronto o más tarde, y, no obstante, gemimos, imploramos, sufrimos dolores como de parto, clamamos a Dios, y todo para morir un poco más tarde. ¡Cuánto más debemos levantar a él nuestra voz para llegar a donde nunca muramos!

4. En consecuencia, se dijo: *Santificado sea tu nombre.* También le pedimos esto: que su nombre sea santificado en nosotros, pues en sí es siempre santo. ¿Cómo es santificado su nombre en nosotros sino haciéndonos él santos? Pues nosotros no éramos santos, y por su nombre hemos sido hechos tales; él, en cambio, es siempre santo y su nombre lo es igualmente. Rogamos por nosotros, no por Dios. Ningún bien deseamos a Dios, a quien ningún mal puede nunca sobrevenir. Es para nosotros para quienes deseamos un bien: que sea santificado su nombre. Lo que siempre es en sí santo, séalo en nosotros también.

5. *Venga tu reino.* Lo pidamos o no lo pidamos, ha de venir. Dios tiene, en efecto, un reino sempiterno. ¿Cuándo no reinó? ¿Cuándo comenzó a reinar? Luego, si su reino no tiene inicio, tampoco tendrá fin. Mas, para que sepáis que también esto lo pedimos en beneficio nuestro, no de Dios—no decimos

audiamus quid ab illo petamus. A tali Patre quid petituri sumus? Numquid non ab illo et hodie et heri et nudiustertius pluviam petimus? Nihil magnum est quod a tali Patre quaesivimus; et tamen videtis cum quanto gemitu, cum quanto desiderio pluviam petamus, cum mors timetur, et hoc timetur quod evadere nullus potest. Omnis enim homo citius serius moriturus est: et gemimus, rogamus, parturimus, clamamus ad Deum, ut paulo serius moriamur. Quanto magis ad illum debemus clamare, ut veniamus ubi nunquam moriamur?

CAPUT IV.—4. *Prima petitio.*—Ideo, *Sanctificetur nomen tuum,* dictum est. Hoc etiam ab illo petimus, ut sanctificetur nomen eius in nobis: nam semper est sanctum. Quomodo autem sanctificatur nomen eius in nobis, nisi dum nos efficit sanctos? Nos enim fuimus non sancti, et per nomen eius efficimur sancti: ipse autem semper sanctus, et nomen ipsius semper sanctum. Pro nobis rogamus, non pro Deo. Non enim bene optamus Deo, cui mihil mali potest aliquando evenire. Sed optamus nobis bonum, [388] ut sanctificetur sanctum nomen eius: quod semper sanctum est, sanctificetur in nobis.

CAPUT V.—5. *Secunda petitio. Veniat regnum tuum.*—Petamus, non petamus, venire habet. Habet quidem regnum Deus sempiternum. Quando enim non regnavit? Quando regnare coepit? Quando regnum eius initium

[3] No es éste el único lugar en que Agustín hace alusión a la escasez de lluvia. Véase también el sermón 15 A,9 (= DENIS 21).

Venga tu reino, como deseando que reine Dios—, el reino de Dios seremos nosotros si, creyendo en él, nos vamos perfeccionando. Serán su reino todos los fieles redimidos con la sangre de su Hijo único. Este reino llegará cuando tenga lugar la resurrección de los muertos; entonces vendrá también él. Y una vez que hayan resucitado los muertos, los separará, como él mismo dice, y pondrá unos a la derecha, otros a la izquierda. A quienes estén a la derecha, les dirá: *Venid, benditos de mi Padre, recibid el reino.* Esto es lo que deseamos y pedimos al orar *Venga tu reino,* es decir, que venga a nosotros. Pues si nosotros fuéramos hallados réprobos, aquel reino vendrá para otros, no para nosotros. Si, por el contrario, nos halláramos en el número de quienes pertenecen a los miembros de su Hijo unigénito, su reino vendrá para nosotros; vendrá y no tardará. ¿Acaso quedan todavía tantos siglos cuantos son los ya pasados? [4] El apóstol Juan dice: *Hijitos, ésta es la última hora.* Pero pensad que a un día largo corresponde una hora larga; ved, si no, cuántos años dura ya esta última hora. Sea, empero, para vosotros como quien está despierto, se duerme, se levanta y reina. Estemos despiertos ahora; con la muerte dormiremos, al fin de los tiempos nos levantaremos y sin fin reinaremos.

6. *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo.* Como tercera cosa pedimos: *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo.* También aquí deseamos un bien para nosotros, pues la voluntad de Dios se cumplirá necesariamente. La voluntad de Dios es que reinen los buenos y sean condenados los

non habet, nec finem habebit. Sed ut sciatis quia et hoc pro nobis oramus, non pro Deo (non enim sic dicimus: *Veniat regnum tuum,* quasi optantes, ut regnet Deus); regnum ipsius nos erimus, si in illum credentes in eo profecerimus. Omnes fideles redempti sanguine Unici ipsius, erunt regnum ipsius. Venturum est autem ipsum regnum, cum facta fuerit resurrectio mortuorum: tunc enim veniet ipse. Et cum resurrexerint mortui, dividet eos, sicut ipse dicit, et ponet alios ad dexteram, alios ad sinistram. Dicet eis qui ad dexteram erunt: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum.* Hoc est quod optamus et rogamus, quando dicimus: *Veniat regnum tuum,* ut nobis veniat. Nam si nos reprobi fuerimus, illud regnum aliis venturum est, non nobis. Si autem in eo numero fuerimus, qui pertinent ad membra unigeniti Filii eius, nobis veniet regnum eius: et non tardabit. Numquid enim saecula tanta restant, quanta transierunt? Apostolus Ioannes dixit: *Filioli, novissima hora est* (1 Jo 2,18). Sed pro ipso die magno longa est hora: et ipsa hora novissima videte quot annos ducat. Tamen sic vobis sit quasi qui vigilet, dormiat, surgat et regnet. Modo vigilemus, morte dormiemus, in fine resurgemus, sine fine regnabimus.

Caput VI.—6. *Tertia petitio. Huius petitionis interpretatio multiplex.—Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra.* Tertio petimus, *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra.* Et hoc nobis bene optamus.

[4] Véase la Nota complementaria 22: *Las edades del mundo* vol.VII p.751.

malos. ¿Puede acaso no cumplirse esta voluntad? Mas ¿qué bien deseamos para nosotros cuando decimos: *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo?* Escuchad. Esta petición debe entenderse de varias maneras. Son muchos los pensamientos que sugiere esta petición por la que rogamos a Dios: *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo.* Una: como no te ofenden los ángeles, no te ofendamos nosotros tampoco. ¿De qué otra forma se puede entender *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo?* Todos los santos patriarcas, todos los profetas, apóstoles, todas las personas espirituales son para Dios como el cielo; nosotros, en cambio, en comparación con ellos, somos tierra. *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo:* como se cumple en ellos, cúmplase también en nosotros. Otra interpretación de *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo:* la Iglesia es el cielo; sus enemigos, la tierra. Deseamos el bien a nuestros enemigos: que crean también ellos y se hagan cristianos. Entonces se cumplirá la voluntad de Dios; como en el cielo, así en la tierra. Otra más: *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo:* el cielo es nuestro espíritu; nuestra carne, la tierra [5]. Como nuestro espíritu se renueva por la fe, renuévese nuestra carne por la resurrección. Entonces se cumplirá lo voluntad de Dios como en el cielo, así en la tierra. Y también: nuestra mente, a través de la cual vemos la verdad y nos deleitamos en ella, es el cielo. Mira el cielo: *Me deleito en la ley de Dios según el hombre interior.* ¿Qué es la tierra? *Veo otra ley en mis miembros que lucha contra la ley de mi*

Nam voluntas Dei necesse est ut fiat. Voluntas Dei est ut regnent boni, dammentur mali. Numquid potest ista voluntas non fieri? Sed quid nobis bene optamus, quando dicimus, *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra?* Audite. Multis enim media haec petitio intellegi potest, et multa sunt cogitanda in ista petitione: quando rogamus Deum, *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra.* Quomodo te non offendunt Angeli tui, sic te non offendamus et nos. Iterum quomodo intellegitur, *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra?* Sancti omnes Patriarchae, omnes Prophetae, omnes Apostoli, spirituales omnes tanquam caelum sunt Deo; nos autem in comparatione ipsorum terra sumus. *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra:* sicut in illis, ita et in nobis. Item, *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra.* Ecclesia Dei caelum est, inimici eius terra sunt. Bene optamus inimicis nostris, ut credant et ipsi, et fiant christiani: et fiat voluntas Dei, sicut in caelo, ita et in terra. Item, *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra.* Spiritus noster caelum est, caro terra, quomodo innovatur spiritus noster credendo, sic caro innovetur resurgendo: et fiat voluntas Dei, sicut in caelo, ita et in terra. Item, mens nostra qua videmus **[389]** veritatem, et condelectamur ipsi veritati, caelum est. Ecce caelum: *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem.* Quid est terra? *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae*

[5] Véase el sermón 56,8.

mente [6]. Una vez que haya pasado esta lucha y se establezca la plena concordia entre la carne y el espíritu, se hará la voluntad de Dios como en el cielo, así en la tierra. Cuando expresamos esta petición pensemos en todo lo dicho y pidámoslo todo al Señor. Todas estas cosas, amadísimos, estas tres peticiones de que he hablado, se refieren a la vida eterna. La santificación del nombre de Dios en nosotros será eterna. La llegada de su reino, reino en que viviremos, será para siempre. El cumplimiento de su voluntad en la tierra como en el cielo, en cualquiera de las maneras que expuse, será eterno.

7. Restan las peticiones que se refieren a nuestra vida de peregrinos. Por eso, sigue así: *Danos hoy nuestro pan de cada día.* Danos los bienes eternos, danos los temporales. Prometiste el reino, no nos niegues el auxilio. Nos darás la gloria eterna en tu presencia; danos en la tierra el alimento temporal. Por esto decimos *de cada día;* por esto *hoy,* es decir, en este tiempo. Cuando haya pasado esta vida, ¿pediremos acaso el pan de cada día? Entonces no se nos hablará de *cada día,* sino de *hoy.* Se habla de *cada día* ahora, cuando a un día que pasa sucede otro. ¿Se hablará de *cada día* cuando ya no habrá más que un único día eterno? Esta petición sobre el pan de cada día ha de entenderse de dos maneras: pensando en el alimento necesario para la carne o también en la necesidad de alimento para el alma.

(Rom 7,22.23). Quando ista pugna transierit, et concordia plena carnis et spiritus facta fuerit, fiet voluntas Dei, sicut in caelo, ita et in terra. Quando petitionem istam dicimus, omnia ista cogitemus, et omnia ista a Patre petamus. Omnia autem ista, carissimi, tria quae diximus, tres petitiones istae ad vitam aeternam pertinent. Quod enim sanctificatur in nobis nomen Dei nostri, aeternum erit. Quod regnum ipsius veniet, ubi semper vivemus, aeternum erit. Quod voluntas eius fit, sicut in caelo, ita et in terra, omnibus modis, quos exposui, aeternum erit.

Caput VII.—7. *Quarta petitio. Panis quotidianus duplex est, corporalis et spiritualis. Eucaristia. Sermones, lectiones et hymni sacri, quotidianus panis.*—Restant petitiones pro ista vita peregrinationis nostrae; ideo sequitur: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Da aeterna, da temporalia. Promisisti regnum, noli negare subsidium. Dabis apud te sempiternum ornamentum, da in terra temporale alimentum. Ideo *quotidie,* ideo *hodie,* id est, hoc tempore. Cum transierit vita ista, numquid petemus panem quotidianum? Tunc enim non vocabitur *quotidie;* sed *hodie.* Nunc vocatur *quotidie,* quando transit dies, et venit alius dies. Numquid vocabitur *quotidie,* quando erit aeternus unus dies? Sane duobus modis intellegenda est ista petitio de pane quotidiano: sive pro necessitate carnalis victus, sive etiam pro necessitate spiritualis alimoniae. Carnalis cibi

[6] Este texto será uno de los puntales de que se servirá Agustín en su lucha contra los pelagianos. Puesto que el sermón fue predicado antes de surgir la controversia, da de él una interpretación distinta de la que aparece, por ejemplo, en los sermones 125,2; 145,3; 151,2.5.8; etc.

El alimento carnal para el sustento de cada día, sin el cual no podemos vivir. El sustento incluye también el vestido, pero aquí se toma la parte por el todo. Cuando pedimos pan recibimos con él todas las cosas. Los bautizados conocen también un alimento espiritual, que también vosotros estáis seguros de recibirlo en el altar de Dios. También él será pan de cada día, necesario para esta vida. ¿O acaso hemos de recibir la Eucaristía cuando hayamos llegado a Cristo y comencemos a reinar con él por toda la eternidad? La Eucaristía, en consecuencia, es nuestro pan de cada día [7]; pero recibámoslo de manera que no sólo alimentemos el vientre, sino también la mente. La fuerza que en él se simboliza es la unidad, para que agregados a su cuerpo, hechos miembros suyos, seamos lo que recibimos [8]. Entonces será efectivamente nuestro pan de cada día. Lo que yo os expongo es pan de cada día. Pan de cada día es el escuchar diariamente las lecturas en la Iglesia; pan de cada día es también el oír y cantar himnos. Cosas todas que son necesarias en nuestra peregrinación. ¿Acaso cuando lleguemos allá hemos de escuchar la lectura del códice? [9] Al Verbo mismo hemos de ver, a él oiremos, él será nuestra comida y nuestra bebida como lo es ahora para los ángeles. ¿Acaso necesitan los ángeles códices o quien se los exponga o lea? En ningún modo. Su leer es ver; ven la Verdad misma y se sacian de aquella fuente de la que a nosotros nos llegan unas como gotas de rocío solamente. He-

necessitas, propter quotidianum victum, sine quo vivere non possumus. Victus est et tegumentum, sed a parte totum intellegitur. Quando panem petimus, ibi omnia accipimus. Norunt etiam sipritualem alimoniam fideles, quam et vos scituri estis, accepturi de altare Dei. Panis erit et ipse quotidianus, huic vitae neccessarius. Numquid enim Eucaristiam accepturi sumus, cum ad ipsum Christum venerimus, et cum illo in aeternum regnare coeperimus? Ergo Eucaristia panis noster quotidianus est; sed sic accipiamus illum, ut non solum ventre, sed et mente reficiamur. Virtus enim ipsa quae ibi intellegitur, unitas est, ut redacti in corpus eius, effecti membra eius, simus quod accipimus. Tunc erit vere panis noster quotidianus. Et quod vobis tracto, panis quotidianus est; et quod in Ecclesia lectiones quotidie auditis, panis quotidianus est; et quod hymnos auditis et dicitis, panis quotidianus est. Haec enim sunt necessaria peregri-na[390]tioni nostrae. Numquid illuc quando venerimus, codicem sumus audituri? Ipsum Verbum visuri, ipsum Verbum audituri, ipsum manducaturi, ipsum bibituri, quomodo Angeli modo. Numquid Angelis codices sunt necessarii, aut disputatores, aut lectores? Absit. Videndo legunt; vident enim ipsam Veritatem, et illo fonte satiantur, unde nos irroramur.

[7] Lo mismo lo hemos visto en el sermón 56,10 y aparecerá en el 58,5.
[8] Bella expresión de la eficacia de la Eucaristía.
[9] Se refiere a la Sagrada Escritura que estaba escrita en códices. Respecto a éste, véase la Nota complementaria 37: *El códice* vol.VII p.756.

mos hablado ya del pan de cada día, porque en esta vida nos es necesario hacer esta petición.

8. *Perdónanos nuestras deudas así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* ¿Cuándo, sino en esta vida, es necesaria tal petición? En la otra no tendremos deudas. ¿Qué son las deudas, sino los pecados? Vais a ser bautizados y todos vuestros pecados serán perdonados; ni uno solo quedará. Si alguna vez hicisteis algo malo de obra, de palabra, deseo o pensamiento, todo se borrará. Por tanto, no nos sería necesario aprender y decir esta petición: *Perdónanos nuestras deudas,* si tuviéramos plena seguridad frente al pecado en la vida posterior al bautismo. Pero, ante todo, cumplamos lo que sigue: *Así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Vosotros principalmente que vais a obtener la cancelación de vuestras deudas, procurad no retener en vuestros corazones nada contra nadie, para salir de allí tranquilos, en cuanto libres y absueltos de todo; ni comencéis a querer tomar venganza de los enemigos que con anterioridad os hubieran agraviado. Perdonad como a vosotros se os perdona. Dios a nadie ha ultrajado, y, sin embargo, aun no debiendo nada, perdona. Si quien nada debe que le haya de ser perdonado, perdona todo, ¿con cuánto mayor motivo ha de perdonar quien ha sido perdonado?

9. *No nos dejes caer en la tentación; mas líbranos del mal.* ¿Será también esto necesario para la otra vida? Sobra decir *No nos dejes caer en la tentación,* donde ésta no puede existir.

Dictum est ergo de pane quotidiano; quia in ista vita nobis est necessaria haec petitio.

Caput VIII.—8. *Quinta petitio.—Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Numquid necessaria est nisi hic? Ibi enim debita non habebimus. Debita enim quid sunt, nisi peccata? Ecce baptizabimini, omnia ibi vestra peccata delebuntur: nullum omnino ibi remanebit. Si quid mali aliquando gessistis, fecistis, dixistis, concupistis, cogitastis, totum delebitur. Et tamen si in ista vita posteriori securitas esset, talem orationem non disceremus, ubi diceremus: *Dimitte nobis debita nostra.* Sed plane faciamus quod sequitur: *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Maxime ergo vos qui intraturi estis ad accipiendam plenam indulgentiam debitorum vestrorum, videte ne aliquid in cordibus vestris adversus alterum teneatis, ut procedatis inde securi, quasi liberi et ab omnibus debitis absoluti; et incipiatis vos velle vindicare de inimicis vestris, qui vobis ante iniurias fecerunt. Dimittite, quomodo vobis dimittitur. Deus nulli fecit iniuriam, et tamen dimittit qui nihil debet. Quomodo debet dimittere cui dimittitur, quando ille omnia dimittit, qui non debet quod ei dimittatur?

Caput IX.—9. *Sexta petitio. Tentatio duplex. Deserente Deo continuo possidet tentator. Concupiscentiae remanent post Baptismum.—Ne nos inferas in tentationem; sed libera nos a malo.* Numquid et hoc necessarium erit in illa vita? Non dicitur: *Ne nos inferas in tentationem,* nisi ubi

En el libro del santo Job leemos: *¿Acaso no es una tentación la vida del hombre sobre la tierra?* ¿Qué es, pues, lo que pedimos? ¿Qué? Escuchad. El apóstol Santiago escribe: *Nadie, cuando es tentado, diga que es tentado por Dios.* Se refiere a aquella tentación mala por la que cada uno es engañado y queda sometido al demonio; esto es a lo que él llamó tentación. Existe otra tentación que recibe también el nombre de prueba; de ésta está escrito: *El Señor vuestro Dios os tienta para saber si le amáis.* ¿Qué significa *para saber?* Para hacéroslo saber a vosotros, pues él ya lo sabe [10]. Dios no tienta a nadie con aquella tentación por la que uno es engañado y seducido, pero a algunos ciertamente, por un profundo y oculto juicio, los abandona en ella. Una vez que él se haya retirado, sabe el tentador qué ha de hacer. Si Dios lo abandona, no halla quien le ofrezca resistencia y, acto seguido, se constituye en poseedor. Para que Dios no nos abandone decimos: *No nos dejes caer en la tentación. Cada uno,* dice el mismo apóstol Santiago, *es tentado, arrastrado y halagado por su concupiscencia; después, una vez que la concupiscencia ha concebido, pare el pecado; el pecado, a su vez, cuando ha sido consumado, engendra la muerte.* ¿Qué nos enseñó con esto? Que luchemos contra nuestras concupiscencias. Por el bautismo, en efecto, se os van a perdonar los pecados; permanecerán, sin embargo, las concupiscencias con que habréis de luchar, aun después de haber sido regenerados. Dentro de vosotros quedará la batalla. No temáis a ningún enemigo exterior: véncete a ti, y el mundo está vencido. ¿Qué

potest esse tentatio. In sancti Iob libro legimus: *Numquid non tentatio est vita humana super terram?* (Iob 7,1). Quid ergo rogamus? Quid, audite. Apostolus Iacobus dicit: *Nemo cum tentatur dicat quod a Deo tentatur* (Iac 1,13). Tentationem istam malam dixit, qua quisque decipitur, et diabolo subiugatur; ipsam dixit tentationem. Est enim alia tentatio, quae appellatur probatio; de ipsa tentatione scriptum est: *Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum* (Deut 13,3). Quid est, *ut sciat?* Ut scire vos faciat: nam ipse novit. In illa tentatione qua quisque decipitur et seducitur, neminem tentat Deus: sed plane iudicio suo alto et occulto quosdam deserit. Cum ille deseruerit, invenit quid faciat tentator. Non enim invenit adversus se luctatorem, sed continuo illi se exhibet possessorem, si deserat Deus. Ne deserat ergo nos, ideo dicimus: *Ne nos inferas in tentationem. Unusquisque enim tentatur,* ait idem apostolus Iacobus, *a concupiscentia sua abstractus et illectus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum autem cum consummatum fuerit, generat mortem* (Iac 1,14 et 15). Quid **[391]** nos docuit? Ut pugnemus contra concupiscentias nostras. Etenim in Baptismo sancto peccata dimittuntur vobis: concupiscentiae remanebunt, cum quibus regenerati pugnetis. Restat enim conflictus in vobis ipsis. Nullus hostis metuatur extrinsecus:

[10] Idea repetida frecuentemente. Véase *Enarraciones a los Salmos* 5,4; 6,1; 12,5; *Tratados sobre el Evangelio de San Juan* 43,6, etc.

puede hacerte un tentador ajeno a ti mismo, sea el diablo o un agente suyo? Cuando un hombre te propone una ganancia para seducirte, si no encuentra en ti la avaricia, ¿qué puede conseguir? Si, por el contrario, la hallare en ti, la vista del lucro te inflamará y caerás en el cepo del viscoso alimento. Si no halla en ti avaricia, allí quedará la trampa tendida en vano. Te presenta el tentador una bellísima mujer; si existe en el interior la castidad, ya está vencida también externamente la iniquidad. Para que no caigas prisionero de la hermosura de la mujer ajena que se te presenta, lucha interiormente contra tu concupiscencia. No sientes a tu enemigo, sino a tu concupiscencia. No ves al diablo, pero ves lo que te deleita. Vence dentro de ti eso que sientes. Lucha, combate; quien te ha regenerado es tu juez. Te propuso el combate, tiene preparada la corona. Puesto que sin duda alguna serás vencido si él no viene en tu ayuda, si él te abandona, por eso mismo dices en la oración: *No nos dejes caer en la tentación*. La cólera del juez entregó a algunos en manos de sus concupiscencias. Es el Apóstol quien lo dice: *Dios los entregó a los deseos de su corazón.* ¿Cómo los entregó? No empujándolos, sino abandonándolos a ellos.

10. *Líbranos del mal.* Esta petición puede formar un todo con la anterior. Para que entiendas que se trata de una sola frase, suena así: *No nos dejes caer en la tentación, mas líbranos del mal.* Añadió el *mas* para mostrar que ambas frases forman un solo pensamiento: *No nos dejes caer en la tentación, mas líbranos del mal.* ¿Cómo? Las voy a presentar por separado:

te vince, et mundus est victus. Quid tibi facturus est tentator extraneus, sive diabolus, sive minister diaboli? Quicumque homo proponit lucrum, ut seducat, avaritiam in te non inveniat: quid facit propositor lucri? Si autem avaritia in te inventa fuerit, viso lucro inardescis, vitiosae escae caperis laqueo. Si autem non in te invenerit avaritiam, remansit frustra extenta muscipula. Proponit tibi tentator pulcherrimam feminam: adsit intus castitas, victa est foris iniquitas. Ut ergo non te capiat proposita pulchritudine mulieris alienae, cum tua libidine intus pugna. Non sentis hostem tuum, sed sentis concupiscentiam tuam. Diabolum non vides, sed quid te delectet, vides. Vince intus quod tu sentis. Pugna, pugna; quia qui te regeneravit, iudex est: proposuit luctam, parat coronam. Sed quia sine dubio vinceris, si illum adiutorem non habueris, si te deseruerit; ideo proponis in Oratione: *Ne nos inferas in tentationem.* Ira iudicis donavit quosdam concupiscentiis suis; et dicit illud Apostolus: *Tradidit illos Deus in concupiscentiam cordis illorum* (Rom 1,24). Quomodo tradidit? Non cogendo, sed deserendo.

Caput X.—10. *Liberatio a malo.—Libera nos a malo:* potest ad eamdem ipsam sententiam pertinere. Ideo sic est, ut intellegas unam sententiam, *Ne nos inferas in tentationem; sed libera nos a malo.* Ideo addidit *sed;* ut ostenderet hoc totum ad unam sententiam pertinere: *ne nos inferas in tentationem; sed libera nos a malo.* Quomodo? Singula illa proponam: *Ne nos inferas in tentationem; sed libera nos a malo.*

No nos dejes caer en la tentación. Mas líbranos del mal. Librándonos del mal no nos deja caer en la tentación; no dejándonos caer en la tentación nos libra del mal.

11. Pero la gran tentación, amadísimos, la gran tentación de esta vida consiste en ser tentados en aquello que nos merece el perdón si alguna vez somos víctimas de cualquier otra tentación. Tentación horrenda la que nos priva de la medicina con que sanar las heridas de las restantes tentaciones. Veo que aún no habéis comprendido. Para comprender, poned toda la atención de vuestra mente. Pongamos un ejemplo: uno es tentado por la avaricia y es vencido en alguna de esas tentaciones, pues cualquier luchador, aun el mejor, es herido alguna vez. A ese hombre, pues, aunque bravo luchador, le venció la avaricia e hizo algo, no sé qué, propio de un avaro. Pasó la concupiscencia sin arrastrarlo al estupro ni hasta el adulterio. Aun cuando exista el deseo, el hombre ha de retraerse ante el adulterio. Pero vio una mujer con ojos codiciosos, se deleitó con el pensamiento algo más de lo debido; se entabló lucha y hasta el mejor luchador cae herido; con todo, no consintió; rechazó el movimiento lascivo, lo refrenó con la amargura de la mortificación, le asestó a su vez un golpe y triunfó. Mas en la medida en que había caído, tiene motivos para decir: *Perdónanos nuestras deudas.* ¿Cuál es, pues, aquella tentación a que me referí, tentación horrenda, dañina, digna de ser temida y evitada con todas las fuerzas y con todo el empeño? ¿Cuál es? La que trata de inducirnos a la venganza. Tentación horrenda. Pierdes en ella lo que

Liberando nos a malo, non nos infert in tentationem; non nos inferendo in tentationem, liberat nos a malo.

Caput XI.—11. *Magna tentatio, horrenda tentatio, velle vindicari.*— Magna vero tentatio est, carissimi, magna tentatio est in hac vita, quando illud nostrum tentatur, quo meremur veniam, sicubi tentati lapsi fuerimus. Horrenda tentatio est, quando nobis tollitur, unde ad aliarum tentationum vulneribus sanari possimus. Scio nondum vos intellexisse: adeste animo, ut intellegatis. Puta, tentat avaritia, victus est quisquam (quia et luctator aliquando et bonus proeliator vulneratur) in aliqua una tentatione: vicit hominem avaritia, etiam bonum luctatorem; et fecit nescio quid avarum. Transiit libido, non adduxit ad stuprum, non pervenit ad adulterium. Illud enim quando fuerit, et ab adulterio homo prohibendus est. Sed vidit mulierem ad concupiscendum, cogitavit aliquid delectabilius quam debuit; accepit pugnam, etiam optimus proeliator percussus est: sed non consensit, repercussit motum lascivum, doloris amaritudine castigavit, repercussit et vicit. Tamen **[392]** eo ipso quod lapsus erat, habet unde dicat: *Dimitte nobis debita nostra.* Sic de ceteris omnibus tentationibus, difficile est ut non sit unde dicamus: *Dimitte nobis debita nostra.* Quae est ergo illa, quam posui, horrenda tentatio, molesta, tremenda, omnibus viribus, omni virtute vitanda? quae est ista? Quando nobiscum agitur, ut vindicemus nos. Ira exasperatur, et frendet homo vindicari:

te podría procurar el perdón para los restantes delitos. Si en algo hubieras pecado mediante los demás sentidos o llevado por otros deseos, tu medicina consistiría en decir: *Perdónanos nuestras deudas así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Quien te induce a la venganza, te echa a perder eso que ibas a decir: *Como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Perdido esto, te quedarán todos los pecados; ninguno absolutamente se te perdona.

12. Después de habernos enseñado seis o siete peticiones en esta oración, el Señor, Maestro y Salvador nuestro, que conocía cuánto peligro entraña esta tentación para la presente vida, sólo ésta escogió para exponerla y encarecerla más ardientemente. ¿No hemos dicho acaso: *Padre nuestro, que estás en los cielos?* ¿Por qué, una vez concluida la oración, no habló algo más, bien sobre la petición que puso en primer lugar, o sobre la última, o las que están en el medio, diciendo qué pasaría, por ejemplo, si el nombre de Dios no fuera santificado en nosotros, o si no llegásemos a pertenecer al reino de Dios, o si su voluntad no se hiciera en la tierra como se hace en el cielo, o si Dios no nos guardase de caer en la tentación? ¿Por qué no dijo nada de eso? ¿Qué fue lo que dijo? *En verdad os digo que si perdonareis los pecados a los hombres,* en conexión con: *Perdónanos nuestras deudas así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Pasando por alto todas las demás peticiones que nos enseñó, hizo hincapié en ésta. No era necesario encarecer mucho aquéllas. Si uno peca contra ellas sabe con qué

horrenda tentatio. Unde accepturus enim veniam fueras pro ceteris delictis, hoc perdis. Si quid aliis sensibus, aliis cupiditatibus peccaveras, hinc erat sanandum, quia dicturus eras: *Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Qui te instigat ut vindiceris, perdet tibi quod dicturus eras: *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Illo perdito, cuncta tenebuntur: omnino nihil dimittitur.

Caput XII.—12. *Commendatio caritatis erga inimicos. Debita quotidiana.*—Hanc periculosam tentationem in ista vita sciens Dominus, Magister et Salvator noster cum doceret nos in hac Oratione sex vel septem petitiones, nullam sibi assumpsit unde tractaret, et quam nobis vehementius commendaret, nisi hanc unam. Numquid non diximus: *Pater noster, qui es in caelis,* et cetera subsequentia? Quare post finitam Orationem non aliquid nobis inde tractavit, vel quod a capite posuit, vel quod in fine conclusit, vel quod in medio collocavit? Si enim non in vobis sanctificatum fuerit nomen Dei, aut si non pertinueritis ad regnum Dei, aut si non in vobis facta fuerit voluntas Dei sicut in caelo, aut si non vos Deus custodierit ne intretis in tentationem: quare nihil horum? Sed quid? *Amen dico vobis, quia si dimiseritis peccata hominibus* (Mt 6,14); propter illud: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Praetermissis omnibus petitionibus quas nos docuit, illam maxime docuit. Non multum fuerant illa commendanda, in quibus si peccator est,

curarse. Había que poner de relieve la que, una vez transgredida, elimina la posibilidad de curación para las restantes. Por todo lo cual debes decir: *Perdónanos nuestras deudas.* ¿Qué deudas? Nunca faltan; somos hombres: hablar un poco más de lo debido, decir algo indebido, reírse más de lo necesario [11], beber más de lo justo, comer más de lo conveniente, escuchar con agrado lo no conveniente, ver de buena gana lo no debido, pensar con deleite lo indebido. *Perdónanos nuestras deudas así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Pereciste si esto último perdiste.

13. Ved, hermanos míos; ved, hijos míos; considerad lo que os digo. Luchad contra vuestro corazón cuanto podáis. Si vierais que vuestra ira se levanta contra vosotros, rogad a Dios contra ella. Hágate Dios vencedor de ti mismo; hágate Dios vencedor no de un enemigo exterior a ti, sino de tu ánimo interior a ti. El se hará presente y lo realizará. Quiere que le pidamos esto antes que la lluvia. Veis, en efecto, amadísimos, cuántas peticiones nos enseñó el Señor, y, entre todas, sólo una habla del pan de cada día, para que en cuantas cosas pensemos vayan dirigidas a la vida futura. ¿Por qué vamos a temer que no nos lo dé quien lo prometió al decir: *Buscad ante todo el reino de Dios, y todas estas cosas se os darán por añadidura? Antes de que se lo pidáis, sabe vuestro Padre que tenéis necesidad de todo eso. Buscad ante todo el reino de Dios, y todas estas cosas se os darán por añadidura.* Muchos, en efecto, fueron

unde curetur agnoscat: commendandum, in quo si peccaveris, cetera non est unde sanari. Hoc enim debes dicere: *Dimitte nobis debita nostra.* Quae debita? Non deest: homines sumus. Paulo plus locutus sum quam debui, dixi aliquid quod non debui, risi plus quam debui, bibi amplius quam debui, comedi amplius quam debui, audivi libenter quod non debui, vidi libenter quod non debui, cogitavi libenter quod non debui: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Peristi, si hoc perdidisti.

Caput XIII.—13. *Hortatio.*—Videte, fratres mei; videte, filii mei; videte filii Dei; videte, quia dico vobis. Pugnate cum corde vestro, quantum potestis. Et si videritis iram vestram stare adversus vos, rogate contra illam Deum: faciat te Deus victorem tui; faciat te Deus victorem, non inimici forinsecus tui, sed intrinsecus animi tui. Aderit enim et faciet. Plus vult ut hoc ab illo petamus, quam pluviam. Videtis enim, carissimi, quot petitiones docuit **[393]** nos Dominus Christus, et vix illic invenitur una quae sonet de pane quotidiano: ut omnia quae cogitamus, propter vitam futuram cogitemus. Quid enim timemus ne non nobis exhibeat ille qui promisit, et dixit: *Quaerite primum regnum et iustitiam Dei, et haec omnia apponentur vobis? Novit enim Pater vester, quia ista necessaria sunt vobis, priusquam petatis ab eo. Quaerite primum regnum et iustitiam*

[11] Otra mención de la risa inmoderada como pecado aparece en el sermón 9,18.

sometidos a la tentación del hambre y, hallados ser oro puro, Dios no los abandonó. Hubieran perecido de hambre si nuestro pan interior de cada día hubiese faltado a su corazón. Anhelemos sobre todo ese pan. *Dichosos lo que tienen hambre y sed de justicia, porque serán saciados.* Puede él contemplar con ojos misericordiosos nuestra debilidad y vernos según aquello: *Acuérdate de que somos polvo.* Quien hizo al hombre del polvo y le dio vida, entregó a la muerte al Hijo único por este barro. ¿Quién puede explicar, o al menos pensar dignamente, cuán grande es su amor?

SERMON 58

Tema: La entrega del Padrenuestro (Mt 6,9-13).

Lugar: Hipona.

Fecha: Entre el año 412 y el 416.

1. Por primera vez habéis recitado de memoria en presencia de la comunidad cristiana el Símbolo, en que se halla compendiada nuestra fe. Ya otras veces os he hablado de lo que dice el apóstol Pablo: *¿Cómo van a invocar a aquel en quien no han creído?* [1] Puesto que ya recibisteis, aprendisteis de memoria y recitasteis en público cómo ha de creerse en Dios, recibid hoy cómo se le ha de invocar. Cuando se leyó el Evangelio,

Dei, et haec omnia apponentur vobis (Mt 6,33.32.8). Nam multi etiam fame tentati sunt, et aurum inventi, et a Deo non deserti. Perirent fame, si desereret cor eorum panis interior quotidianus. Ipsum maxime esuriamus. *Beati* enim *qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (ib. 5,6). Potest autem infirmitatem nostram misericorditer intueri, et videre nos, quomodo dictum est: *Memento quia pulvis sumus* (Ps 102,14). Qui de pulvere hominem fecit et animavit, pro isto figmento Unicum ad mortem dedit. Quantum nos amet, quis potest explicare, quis potest saltem digne cogitare?

SERMO LVIII [PL 38,393]

ITEM IN MATTHAEI CAPUT 6,9-13, DE ORATIONE DOMINICA, AD COMPETENTES

CAPUT I.—1. *Symbolum et Dominica oratio.*—Symbolum reddidistis, quo breviter comprehensa continetur fides. Iam et antea dixi vobis, quod ait apostolus Paulus: *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?* (Rom 10,14). Quia ergo quomodo credatur in Deum, et accepistis, et tenuistis, et reddidistis: accipite hodie quomodo invocetur Deus. Ipse Filius sicut audistis, cum Evangelium legeretur, docuit disci-

[1] Véanse los dos sermones anteriores.

oísteis que fue el Hijo mismo quien enseñó a sus discípulos y a quienes creen en él esta oración. Habiéndonos compuesto tales preces tan gran jurista, tenemos esperanza de ganar la causa. Es el asesor del Padre, pues está sentado a su derecha como habéis confesado. Quien ha de ser nuestro juez, ése es nuestro abogado. De allí ha de venir a juzgar a vivos y a muertos. Retened, pues, esta oración que habéis de proclamar en público dentro de ocho días [2]. Quienes de vosotros no supieron bien el Símbolo, apréndanlo, tienen tiempo todavía. El sábado tendréis que darlo de memoria en presencia de todos los asistentes; es el último sábado, aquel en que vais a ser bautizados. Dentro de ocho días a partir de hoy tendréis que recitar de memoria esta oración que hoy habéis recibido.

2. La oración empieza así: *Padre nuestro que estás en los cielos.* Hemos hallado un Padre en los cielos, veamos cómo hemos de vivir en la tierra. Quien ha hallado tal Padre debe vivir de manera tal que sea digno de llegar a su herencia. Todos juntos decimos: *Padre nuestro.* ¡Cuánta bondad! Lo dice el emperador y lo dice el mendigo; lo dice tanto el siervo como su señor. Uno y otro dicen: *Padre nuestro que estás en los cielos.* Reconocen que son hermanos cuando tienen un mismo padre. No considere el señor indigno de su persona el tener como hermano a su siervo, a quien quiso tener como hermano Cristo el Señor.

3. Continuamos diciendo: *Sea santificado tu nombre. Venga tu reino.* La santificación del nombre de Dios consiste en

pulos suos et fideles suos hanc Orationem. Spem habemus obtinendae causae nostrae, quando talis iurisperitus nobis Preces dictavit. Assessor Patris, sicut confessi estis, qui sedet ad dexteram Patris: ipse est advocatus noster, qui futurus est iudex noster. Inde enim venturus est iudicare vivos et mortuos. Tenete ergo et hanc Orationem, quam reddituri estis ad octo dies. Quicumque autem vestrum non bene Symbolum reddiderunt, habent spatium, teneant: quia die sabbati audientibus omnibus qui aderunt reddituri estis, die sabbati novissimo, quo die baptizandi estis. Ad octo autem dies ab hodierno die reddituri estis hanc Orationem, quam hodie accepistis.

CAPUT II.—2. *Omnium unus pater.*—Cuius caput est, *Pater noster, qui es in caelis.* Invenimus Patrem in caelis: attendamus quemadmodum vivamus in terris. Sic enim debet vivere, qui invenit talem Patrem, ut dignus sit venire ad eius hereditatem. Dicimus autem communiter, *Pater noster.* Quanta dignatio! Hoc dicit imperator, hoc dicit mendicus; hoc dicit servus, hoc dicit dominus eius. Simul dicunt: *Pater noster, qui es in caelis.* Intellegunt ergo se esse fratres, quando unum habent Patrem. Sed non dedignetur fratrem habere servum suum dominus eius, quem fratrem voluit habere Dominus Christus.

[394] 3. *Prima et secunda petitio.—Sanctificetur nomen tuum,* dici-

[2] Véase la Nota complementaria 14: *Los competentes* vol.VII p.747.

que nosotros nos hagamos santos, pues su nombre es santo desde siempre. Deseamos también que venga su reino. Vendrá aunque no queramos; pero desear y orar que venga su reino no es otra cosa que desear que nos haga dignos de él, no sea que—Dios no lo quiera—venga, pero no para nosotros. Para muchos no ha de venir eso mismo que ha de venir. Vendrá para aquellos a quienes se dirá: *Venid, benditos de mi Padre, recibid el reino que está preparado para vosotros desde el comienzo del mundo.* No vendrá para aquellos a quienes se dirá: *Apartaos de mí, malditos; id al fuego eterno.* Cuando decimos *Venga tu reino* pedimos, por tanto, que venga para nosotros. ¿Qué significa que venga para nosotros? Que nos encuentre buenos. Esto es lo que pedimos: que nos haga buenos; entonces vendrá para nosotros su reino.

4. Añadimos: *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo.* Te sirven los ángeles en el cielo, sirvámoste nosotros en la tierra. No te ofenden los ángeles en el cielo, tampoco lo hagamos nosotros en la tierra. Como ellos hacen tu voluntad, hagámosla también nosotros. ¿Qué pedimos aquí sino el ser buenos? Cuando cumplimos la voluntad de Dios—sin duda alguna, él hace siempre la suya—, entonces se cumple en nosotros su voluntad. Existe todavía otra comprensión adecuada de *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo.* Aceptamos el precepto de Dios; nos agrada y agrada a nuestra mente. *Nos complacemos en la ley de Dios según el hombre interior.* Entonces se hace su voluntad en el cielo. Al cielo se compara

mus: *Veniat regnum tuum.* Sanctificatio nominis Dei est, qua efficimur nos sancti. Nam nomen eius semper est sanctum. Optamus etiam venire regnum eius: veniet, et si nolumus; sed optare et orare ut veniat regnum eius, nihil est aliud quam optare ab illo, ut dignos nos faciat regno suo, ne forte, quod absit, veniat, et non nobis veniat. Multis enim non est venturum, quod tamen venturum est. Eis enim venturum est, quibus dicetur: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Illis non veniet quibus dicetur: *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum* (Mt 25,34.41). Cum ergo dicimus: *Veniat regnum tuum,* oramus ut nobis veniat. Quid est, ut nobis veniat? Ut bonos nos inveniat. Hoc ergo oramus, ut bonos nos faciat: tunc enim nobis veniet regnum eius.

Caput III.—4. *Tertia petitio. Huius petitionis interpretatio triplex.*— Addimus, *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra.* Serviunt tibi Angeli in caelo, nos serviamus tibi in terra. Non te offendunt Angeli in caelo, non te offendamus in terra. Quomodo illi faciunt voluntatem tuam, sic faciamus et nos. Et hic quid oramus, nisi ut boni simus? Quando enim facimus voluntatem Dei (nam ipse sine dubio facit suam), tunc fit voluntas eius in nobis. Et aliter bene intellegimus: *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra.* Accipimus praeceptum Dei, et placet nobis, placet menti nostrae. Condelectamur enim legi Dei secundum interiorem hominem (Rom 7,22). Tunc fit voluntas eius in caelo. Caelo enim comparatur

nuestro espíritu y a la tierra nuestra carne. ¿Qué significa, por tanto, *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo?* Que del mismo modo que a nuestra mente agrada tu mandato, Señor, asimismo lo acate nuestra carne, y desaparezca del medio aquella lucha descrita por el Apóstol: *La carne tiene deseos contrarios a los del espíritu, y el espíritu, contrarios a los de la carne.* Cuando el espíritu tiene deseos contrarios a los de la carne, entonces se hace su voluntad en el cielo; cuando la carne no los tiene contrarios al espíritu, entonces se hace su voluntad en la tierra. La plena concordia existirá cuando Dios quiera; luchemos con el mundo para que pueda haber victoria. *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo,* puede entenderse de otra manera todavía: considerando a la Iglesia como el cielo, en cuanto que lleva a Dios, y como la tierra a los infieles, de quienes se dijo: *Tierra eres y a la tierra volverás.* Cuando, pues, oramos por nuestros enemigos, por los enemigos de la Iglesia y del nombre cristiano, esto pedimos: que se haga su voluntad *así en la tierra como en el cielo,* es decir, como en tus fieles, así en quienes te blasfeman, para que todos lleguen a ser cielo [3].

5. Y sigue: *El pan nuestro de cada día dánosle hoy.* Puede aceptarse sin dificultad que hacemos esta oración para que abunde o, al menos, que no nos falte el pan de cada día. Dijo *de cada día,* es decir, mientras perdura el *hoy.* Cada día vivimos, cada día nos levantamos, cada día nos saciamos, cada día sentimos hambre. Denos Dios el pan de cada día. ¿Por qué no mencionó

spiritus noster, terrae autem caro nostra. Quid est ergo, *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra.* Ut quomodo menti nostrae placet tua iussio, sic ei consentiat caro nostra; et tollatur rixa illa de medio, quae describitur ab Apostolo: *Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem* (Gal 5,17). Quando contra carnem concupiscit spiritus, iam facta est voluntas eius in caelo: quando contra spiritum non concupiscit caro, iam facta est voluntas eius in terra. Erit autem plena concordia, quando ipse voluerit: sit mundo pugna, ut possit esse victoria. Etiam sic bene intellegi potest: *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, ita et in terra,* ut caelum ponamus Ecclesiam, quia portat Deum; terram autem infideles, quibus dictum est: *Terra es, et in terram ibis* (Gen 3,19). Quando ergo oramus pro inimicis nostris, inimicis Ecclesiae, inimicis nomini Christiano, hoc oramus, ut fiat voluntas eius, *sicut in caelo, ita et in terra,* id est, sicut in tuis fidelibus, sic et in tuis blasphematoribus; ut omnes caelum fiant.

Caput IV.—5. *Quarta petitio. Quotidianus panis,* **[395]** *victus, Eucharistia. Verbum Dei.*—Sequitur: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Potest simpliciter accipi orationem istam nos fundere pro victu quotidiano, ut abundet nobis; et si non abundat, non desit nobis. *Quotidianum* autem dixit, quamdiu *hodie* vocatur (Hebr 3,13). Quotidie vivimus, quotidie surgimus, quotidie saturamur, quotidie esurimus. Det nobis

[3] Es lo mismo que hemos visto aparecer en los sermones 56,8 y 57,6.

también el abrigo? Nuestro sustento consiste en la comida y en la bebida; el abrigo, en el vestido y en el techo. Nada más desee el hombre, porque dice el Apóstol: *Nada trajimos a este mundo, ni podemos llevarnos nada de él. Teniendo sustento y abrigo, debemos estar contentos.* Desaparezca la avaricia, pues es rica la naturaleza. Por tanto, si se refiere al alimento de cada día, puesto que razonablemente puede entenderse así lo que decimos: *Danos hoy nuestro pan de cada día,* no nos extrañemos de que, nombrando sólo el pan, se incluya todo lo necesario. Así se entiende también la invitación de José cuando dijo: *Estos hombres comerán hoy pan conmigo.* ¿Por qué iban a comer solamente pan? En verdad, al decir sólo pan se sobrentendían las demás cosas. Del mismo modo, cuando pedimos a Dios el pan de cada día, le pedimos cuanto es necesario para nuestra carne en la tierra. Pero ¿qué dice el Señor Jesús?: *Buscad primero el reino de Dios, y las demás cosas se os darán por añadidura. Danos hoy nuestro pan de cada día:* puede entenderse también perfectamente referido a la Eucaristía, alimento de cada día. Saben muy bien los ya bautizados qué es lo que reciben y cuán bueno es para ellos recibir este pan de cada día, necesario para esta vida. Ruegan por sí mismos, para llegar a ser buenos y para perseverar en la bondad, en la fe y en la vida santa. Esto desean, esto piden, pues si no perseveraran en la vida santa serían apartados de aquel pan. ¿Qué significa, por tanto, *Danos hoy nuestro pan de cada día?* Vivamos de tal modo que no seamos apartados de tu altar. También la palabra de

panem quotidianum. Quare non dixit et tegumentum? Victus enim noster in cibo est et potu, tegumentum in vestitu et tecto. Nihil homo plus desideret. Quandoquidem dicit Apostolus: *Nihil intulimus in hunc mundum; sed nec auferre aliquid possumus; victum et tegumentum habentes, his contenti simus* (1 Tim 6,7 et 8). Pereat avaritia, et dives est natura. Ergo si ad quotidianum victum pertinet, quia et hoc bene intellegitur, quod dicimus: *Panem notrum quotidianum da nobis hodie;* non miremur, si nominato pane et cetera necessaria intellegantur. Quomodo quando Joseph invitavit fratres suos: *Homines illi,* inquit, *hodie mecum manducabunt panem* (Gen 43,16). Quare panem solum manducaturi erant? Sed a solo pane intellecta sunt cetera. Sic quando rogamus panem quotidianum, quidquid nobis propter carnem nostram in terra necessarium est, postulamus. Sed quid ait Dominus Iesus? *Quaerite primum regnum Dei et iustitiam, et haec omnia apponentur vobis* (Mt 6,33). Intellegitur etiam hoc valde bene: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,* Eucaristiam tuam, quotidianum cibum. Norunt enim fideles quid accipiant, et bonum est eis accipere panem quotidianum huic tempori necessarium. Pro se rogant, ut boni fiant, ut in bonitate et fide et vita bona perseverent. Hoc optant, hoc orant: quia si non perseveraverint in vita bona, separabuntur ab illo pane. Ergo, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,* quid est? Sic vivamus, ut ab altari tuo non separemur. Et

Dios, que día a día se os explica y en cierto modo se os reparte, es pan de cada día. Y del mismo modo que los vientres tienen hambre de aquel pan, así las mentes la sienten de éste. También éste lo pedimos sin añadir nada más; en el pan de cada día se incluye cuanto es necesario en esta vida para nuestra alma y para nuestro cuerpo [4].

6. Decimos a continuación: *Perdónanos nuestras deudas;* digámoslo, porque decimos la verdad. ¿Quién hay que viviendo en la carne no tenga deudas? ¿Quién es el hombre que vive de tal manera que no le sea necesaria esta petición? Podrá hincharse, pero no hacerse [5]. Le viene bien imitar al publicano y no engreírse como el fariseo, quien subió al templo a jactarse de sus méritos, ocultando sus heridas. El otro, en cambio, que decía: *Señor, muéstrate propicio a mí, pecador,* sabía a qué había subido. El Señor Jesús —reflexionad, hermanos míos—, el Señor Jesús fue quien enseñó esta petición a sus discípulos, a aquellos hombres grandes, sus primeros apóstoles, nuestros carneros. Si hasta los carneros oran para que se les perdonen sus pecados, ¿qué han de hacer los corderos, de los que se dijo: *Presentad al Señor los hijos de los carneros?* Sabéis vosotros que esto está contenido en el Símbolo, que habéis recitado de memoria, pues entre otras cosas mencionasteis el perdón de los pecados. Remisión de los pecados hay dos: una que se nos concede una sola vez; otra que se nos da cada día. La primera es la que se nos da en el santo bautismo una única vez;

verbum Dei quod quotidie vobis aperitur, et quodam modo frangitur, panis quotidianus est. Et quomodo illum panem ventres, sic istum esuriunt mentes. Et hunc ergo petimus simpliciter, et quidquid animae nostrae et carni nostrae in hac vita necessarium est, quotidiano pane concluditur.

Caput V.—6. *Quinta petitio.—Dimitte nobis debita nostra,* dicimus, et dicamus; quia verum dicimus. Quis enim hic vivit in carne, et non habet debita? Quis est homo sic vivens, ut ei non sit ista oratio necessaria? Inflare se potest, iustificare non potest. Bonum est illi ut imitetur Publicanum, nec tumescat sicut Pharisaeus, qui ascendit in templum, et iactavit merita sua, texit vulnera sua. Ille autem scivit quare ascenderit, qui dicebat: *Domine, propitius esto mihi peccatori* (Lc 18,10-13). Hoc Dominus Iesus: considerate, fratres mei: hoc Dominus Iesus orare docuit discipulos suos, illos magnos primos Apostolos suos, arietes nostros. Si ergo pro peccatis suis dimittendis arietes orant, agni quid debent facere, de quibus dictum est: *Afferte Domino filios arietum?* (Ps [396] 28,1). Hoc ergo scitis vos in Symbolo reddidisse, quia inter cetera nominastis remissionem peccatorum. Remissio peccatorum una est, quae semel datur; alia, quae quotidie datur. Remissio peccatorum una est, quae semel datur

[4] La misma interpretación que en los sermones 56,10; 57,7 y 59,9.
[5] Apostilla antipelagiana.

la segunda, la que se nos da, mientras vivimos aquí, en la oración dominical. Por ello decimos: *Perdónanos nuestras deudas.*

7. Dios estableció, además, con nosotros un pacto, un convenio y una escritura en firme, consistente en que digamos: *Así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Quien desee que le sea eficaz la petición: *Perdónanos nuestras deudas,* diga con sinceridad: *Así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Si esto último no se dice o se dice fingidamente, en vano se dice lo primero. Es sobre todo a vosotros, que vais a acercaros al santo bautismo, a quienes decimos: Perdonadlo todo de corazón. También vosotros, los ya bautizados, que con esta ocasión escucháis esta oración y nuestra exposición, perdonad cuanto tengáis contra quien sea de corazón; perdonad allí donde Dios ve. A veces el hombre perdona de palabra, pero se reserva el corazón; perdona de palabra por respetos humanos y se reserva el corazón, porque no teme la mirada de Dios. Perdonad completamente todo; cualquier cosa que hayáis retenido hasta hoy, perdonadla al menos estos días. Ni un solo día debió ponerse el sol sobre vuestra ira, y han pasado ya muchos. Pase de una vez vuestra ira, pues celebramos ahora los días del gran Sol, aquel del que dice la Escritura: *Amanecerá para vosotros el sol de justicia y en sus alas vendrá la salvación.* ¿Qué significa *en sus alas?* Bajo su protección. Por esto dice el salmo: *Protégeme a la sombra de tus alas.* Los otros, en cambio, que tardíamente se han de arrepentir en el día del juicio e infructuosamente se dolerán, de los cuales habla el libro de

in sancto Baptismate; alia, quae quamdiu vivimus hic, datur in Dominica oratione. Propter quod dicimus: *Dimitte nobis debita nostra.*

Caput VI.—7. *De eadem petitione.*—Et induxit nobiscum Deus pactum et placitum, firmumque chirographum, ut dicamus: *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Qui vult dicere efficaciter: *Dimitte nobis debita nostra;* dicat veraciter: *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Si hoc quod est posterius, aut non dicit, aut fallaciter dicit; illud quod prius est, inaniter dicit. Maxime vobis dicimus, Dimittite omnia de cordibus vestris, qui ad sanctum Baptisma acceditis. Et vos, fideles, qui per hanc occasionem auditis hanc Orationem et nostram expositionem, dimittite totum quiquid adversus aliquem habetis de cordibus vestris: ibi dimittite, ubi Deus videt. Aliquando enim homo dimittit ore, et tenet corde: dimittit ore propter homines, et tenet corde, non timens oculos Dei. Prorsus dimittite; quidquid est quod usque ad istos dies tenuistis, saltem his diebus dimittite. Non debuit occidere sol super iracundiam vestram, et multi soles transierunt. Transeat aliquando et iracundia vestra, dies magni solis modo celebramus: illius solis de quo dicit Scriptura: *Orietur vobis sol iustitiae, et sanitas in pennis eius* (Mal 4,2). Quid est, *in pennis eius?* In protectione eius. Unde in Psalmo dicitur: *Sub umbra alarum tuarum protege me* (Ps 16,8). Alii autem, qui in die iudicii futuri sunt sero paenitentes, et infructuose dolentes, praedicti a Sapientia, quid

la Sabiduría, ¿qué dirán entonces, pagando ya por sus culpas y gimiendo en su espíritu angustiado? *¿Qué nos aprovechó la soberbia? ¿Qué bien nos reportó el jactarnos de nuestras riquezas? Todo pasó como una sombra.* Entre otras cosas dirán también: *Luego nos extraviamos del camino de la verdad, el sol de la justicia no lució para nosotros, ni amaneció para nosotros el sol.* Aquel Sol amanece para los justos; en cambio, a este sol visible, Dios le hace salir cada día para buenos y malos. Es a los justos a quienes pertenece ver aquel Sol; por el momento habita en nuestros corazones a través de la fe. Si, pues, llegas a airarte, que no se ponga este Sol en tu corazón por tu ira: *No se ponga el sol sobre vuestra ira.* Evita que, al airarte, se ponga para ti el Sol de la justicia y quedes en tinieblas.

8. No penséis que la ira es cosa sin importancia. *Mi ojo se ha turbado a causa de la ira,* dice el profeta. Ciertamente, si a uno se le turba el ojo, no puede ver el sol. Y si intentare verlo, le producirá dolor en lugar de placer. ¿Qué es la ira? El deseo de venganza. ¡Desea vengarse el hombre, cuando aún no se ha vengado Cristo, ni se han vengado los santos mártires! Si la paciencia de Dios espera todavía que se conviertan los enemigos de Cristo y de los mártires, ¿quiénes somos nosotros para buscar venganza? Si Dios quisiese vengarse de nosotros, ¿dónde estaríamos? El que nunca nos ofendió no quiere tomar venganza de nosotros, y ¿queremos tomarla nosotros, que casi cada día ofendemos a Dios? Perdonad, pues; perdonad de corazón. Si te has airado, evita el pecar. *Airaos y no pequéis.*

tunc dicturi sunt paenitentiam agentes, et prae angustia spiritus gementes? *Quid nobis profuit superbia? et divitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt illa omnia tanquam umbra.* Et inter cetera: *Ergo erravimus a via veritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis, et sol non est ortus nobis* (Sap 5,3.9). Ille sol iustis oritur: istum autem solem visibilem facit Deus quotidie oriri super bonos et malos (Mt 5,45). Ad illum videndum solem iusti pertinent: modo in cordibus nostris habitat sol iste per fidem. Si ergo irasceris, ne occidat sol iste in corde tuo super iracundiam tuam: *Non occidat sol super iracundiam vestram* (Eph 4,26); ne forte irascaris, et occidat tibi sol iustitiae, et in tenebris remaneas.

Caput VII.—8. *Contra iram et odium.*—Ne putetis autem quia nihil sit iracundia. *Turbatus est,* inquit propheta, *prae ira oculus meus.* Utique cui turbatur oculus, solem videre non potest: et si conatus fuerit videre, poena illi est, non voluptas. Quid est ira? Libido vindictae. Libet hominem vindicari; et nondum est Christus vindicatus, nondum sunt sancti martyres vindicati! Adhuc exspectat patientia Dei, ut convertantur inimici Christi, convertantur martyrum ini[397]mici: nos qui sumus, ut vindictam quaeramus? Si quaereret illam Deus de nobis, ubi remaneremus? Ille qui nihil nos laesit, non vult se vindicare de nobis: et nos quaerimus vindicari, qui pene quotidie Deum offendimus! Ergo dimittite;

Airaos como hombres cuando sois vencidos; *no pequéis* reteniendo en vuestro corazón la ira —cosa que, si la hacéis, contra vosotros la hacéis—, no sea que no entréis en aquella luz. Perdonad, pues. ¿Qué es la ira? El afán de venganza. ¿Qué es el odio? La ira inveterada. La ira, si se ha hecho inveterada, se llama ya odio. Así parece confesarlo aquel que después de haber dicho: *Mi ojo está turbado por la ira,* añadió: *He envejecido en medio de todos mis enemigos.* Lo que al principio era solamente ira, se convirtió en odio, porque se hizo vieja. La ira es la paja, el odio la viga [6]. A veces reprendemos al que se aíra, manteniendo nosotros el odio en el corazón. Nos dice entonces Cristo: *Ves la paja en el ojo de tu hermano y no ves la viga en el tuyo.* ¿Cómo la paja, creciendo, llegó a hacerse una viga? Porque no fue sacada al momento. Tantas veces toleraste que saliera y se pusiera el sol sobre tu ira, que la hiciste vieja. Acumulando falsas sospechas, regaste la paja; regándola la nutriste, nutriéndola la hiciste una viga. Al menos, tiembla cuando se te dice: *El que odia a su hermano es un homicida.* No extrajiste la espada, no heriste la carne, no despedazaste cuerpo alguno a golpes; en tu corazón existe solamente el pensamiento del odio y eres considerado ya como homicida. Ante los ojos de Dios eres reo. Aunque vive, tú le diste muerte. Por lo que a ti respecta, diste muerte a quien odiaste. Enmiéndate, corrígete. Si en vuestras casas hubiese escorpiones o áspides, ¿cuánto no os esforzaríais para limpiarlas y poder habitarlas tranquilos? Os

dimittite ex corde. Iratus es, noli peccare: *Irascimini, et nolite peccare* (Ps 4,5). *Irascimini* quasi homines, si vincimini; *et nolite peccare,* ut iram in corde teneatis (quia si tenetis, contra vos tenetis), ne in illud lumen intretis. Ergo dimittite. Quid est ira? Libido vindictae. Quid est odium? Ira inveterata. Ira inveterata si facta est, iam odium dicitur. Quod videtur confiteri ille, qui cum dixisset: *Turbatus est prae ira oculus meus; addidit: Inveteravi in omnibus inimicis meis* (Ps 6,8). Quod erat ira, cum esset nova, odium factum est; quia in vetustatem conversum est. Ira festuca est, odium trabes est. Aliquando reprehendimus irascentem, et odium tenemus in corde; et dicit nobis Christus: *Festucam in oculo fratris tui vides, et trabem in oculo tuo non vides* (Mt 7,3). Unde crevit festuca, ut trabem faceret? Quia non statim evulsa est. Quia passus es exire et intrare solem toties super iracundiam tuam, fecisti illam veterem; attraxisti malas suspiciones, et rigasti festucam, rigando nutristi, nutriendo trabem fecisti. Expavesce vel quando dicitur: *Qui odit fratrem suum, homicida est* (1 Jo 3,15). Gladium non eduxisti, non vulnus in carne fecisti, non corpus plaga aliqua trucidasti: cogitatio sola odii in corde tuo est, et teneris homicida; reus es ante oculos Dei. Ille vivit, et tu occidisti. Quantum ad te pertinet, occidisti quem odisti. Emenda te, corrige te. Si in domibus vestris scorpiones essent aut aspides, quantum

[6] Idéntico desarrollo del texto evangélico en los sermones 49,7; 82,1; 211,1; 114 A,6 (= Frangipane 9), etc.

airáis; las cóleras se hacen inveteradas en vuestros corazones, surgen tantos otros odios, tantas otras vigas, tantos otros escorpiones y serpientes, ¿y no queréis limpiar vuestro corazón, casa de Dios? Haced, pues, lo que está dicho: *Así como nosotros perdonamos a nuestros deudores,* y pedid con seguridad: *Perdónanos nuestras deudas,* porque en esta tierra no podréis vivir sin deudas. Sin embargo, una cosa son aquellos grandes pecados que es un bien para vosotros el que os sean perdonados en el bautismo, de los cuales debéis estar alejados siempre. Otra cosa son los pecados de cada día, sin los cuales es imposible que viva aquí el hombre, y a causa de los cuales es necesaria la oración cotidiana con su pacto y convenio. Del mismo modo que se dice con alegría: *Perdónanos nuestras deudas,* dígase también con sinceridad: *Así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* En fin, cuanto he dicho se refiere a los pecados pasados; ¿qué queda aún?

9. *No nos dejes caer en la tentación:* perdónanos los pecados cometidos y concédenos el no cometer otros. Pues quien cae en la tentación comete pecado. En efecto, el apóstol Santiago dice: *Nadie, cuando es tentado, diga que le tienta Dios. Pues Dios no es incitador al mal ni tienta a nadie. Cada uno es tentado, arrastrado y halagado por su propia concupiscencia; después, una vez que la concupiscencia ha concebido, pare el pecado; el pecado, a su vez, una vez consumado, engendra la muerte.* En consecuencia, para no ser arrastrado por la concupiscencia, no consientas en lo que te pide. Ella no puede con-

laboraretis, ut domus vestras purgaretis, et securi habitare possetis? Irascimini, et inveterantur irae in cordibus vestris, fiunt tot odia, tot trabes, tot scorpii, tot serpentes; et domum Dei, cor vestrum, purgare non vultis? Ergo facite quod dictum est: *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;* et securi dicite: *Dimitte nobis debita nostra.* Quia sine debitis in hac terra vivere non potestis. Sed alia sunt illa magna crimina, quae vobis bonum est in Baptismo dimitti, et a quibus semper alieni esse debetis: alia quotidiana peccata, sine quibus hic homo vivere non potest, propter quae necessaria est quotidiana oratio, cum suo pacto, cum suo placito: ut quomodo hilariter dicitur: *Dimitte nobis debita nostra;* sic veraciter dicatur: *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Deinde ista diximus de peccatis praeteritis, quid de cetero?

Caput VIII.—9. *Concupiscentiae resistendum.—Ne nos inferas in tentationem:* dimitte quae fecimus, et da ut alia non committamus. Quicumque enim tentatione vincitur, peccatum ipse committit. Etenim, inquit apostolus Iacobus: *Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Unusquisque au*[398]*tem tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem* (Iac 1,13-15). Ergo ne abstraharis a concupiscentia, noli consentire concupiscentiae tuae. Non est

cebir sino por obra tuya. ¿Consentiste en lo que pedía? Es como si hubierais yacido juntos en el hecho de tu corazón. Cuando se levanta la concupiscencia, niégate a ella, no sigas sus pasos. Es ilícita, lasciva, torpe y te apartará de Dios. No le des el abrazo del consentimiento para no tener que llorar el parto, porque si consientes, es decir, si le das el abrazo, ella concibe. *Una vez que la concupiscencia ha concebido, pare el pecado.* ¿No temes aún? *El pecado engendra la muerte;* teme al menos la muerte. Y si no temes al pecado, teme aquello a lo que conduce el pecado. Dulce es el pecado, pero amarga es la muerte. Tal es la desdicha de los hombres: al morir dejan aquí aquello por lo que pecan y llevan consigo los pecados. Pecas por causa del dinero, que has de dejar aquí; pecas por una mujer, que has de dejar aquí, y cualquiera que sea la cosa que te induce a pecar, cuando hayas cerrado los ojos por la muerte, la has de dejar aquí, llevando contigo el pecado que has cometido.

10. Séannos perdonados los pecados. Perdónensenos los pasados, cesen los futuros. Pero sin ellos no puedes vivir en esta tierra, sean los más pequeños, sean insignificantes, sean leves. No se desprecien, sin embargo, por el hecho de ser leves o pequeños. Los ríos se hacen de diminutas gotas. No se desprecien ni los más pequeños. Por las estrechas rendijas de las naves se filtra el agua a la nave, se llena la bodega y, si no se hace caso, la nave va a pique. Pero los marineros no se echan a dormir; andan las manos, andan para que cada día se

unde concipiat, nisi de te. Consensisti: quasi concubuisti in corde tuo. Surrexit concupiscentia: nega te illi, noli eam sequi. Illicita est, lasciva est, turpis est, alienat te a Deo. Noli dare consensionis amplexum, ne plangas partum: quia si consenseris, id est, cum amplexatus fueris, concipit. *Cum concupiscentia conceperit, parit peccatum.* Nondum times? *Peccatum generat mortem:* vel mortem time. Si peccatum non times, time quo perducit peccatum. Dulce est peccatum: sed amara est mors. Ipsa est infelicitas hominum: propter quod peccant, morientes hic dimittunt, et ipsa peccata secum portant. Peccas propter pecuniam, hic dimittenda est: peccas propter villam, hic dimittenda est: peccas propter mulierem, hic dimittenda est: et quidquid est propter quod peccas, quando oculos in mortem clauseris, hic dimittis, et ipsum peccatum quod committis tecum portas.

Caput IX.—10. *Peccata minuta non contemnenda. Alae duae orationis geminae eleemosynae.*—Dimittantur peccata: dimittantur praeterita, cessent futura. Sed non potes hic vivere sine ipsis: vel minora vel minuta sint, vel levia sint. Sed ipsa levia et minuta non contemnantur. De minutis guttis flumina implentur. Non contemnantur vel minora. Per angustas rimulas navis insudat aqua, impletur sentina, et si contemnatur sentina, mergitur navis. Sed non cessatur a nautis ambulant manus: ambulant, ut quotidie sentinae exhauriantur. Sic et tuae manus ambu-

desagüen las bodegas [7]. Caminen también tus manos, de modo que cada día achiques el agua. ¿Qué significa caminen las manos? Den; realiza obras buenas, caminen tus manos. *Reparte tu pan con el hambriento e introduce en tu casa al necesitado que no tiene techo; si ves a alguien desnudo, vístele.* Haz lo que puedas, sírvete de lo que puedas; hazlo con alegría y eleva tu oración confiadamente. Tendrá dos alas: la doble limosna. ¿Qué es la doble limosna? *Perdonad y se os perdonará; dad y se os dará.* Una limosna es la que sacas del corazón cuando concedes el perdón a tu hermano. La otra es la que se hace con los bienes; por ejemplo, cuando otorgas pan al pobre. Realiza ambas, no sea que tu oración se vea privada de un ala.

11. Después de haber dicho: *No nos dejes caer en la tentación,* continúa: *Mas líbranos del mal.* Quien quiere ser librado del mal, atestigua que está metido en él. Por esto dice el Apóstol: *Redimiendo el tiempo, porque los días son malos.* Pero *¿quién es el que quiere la vida y ama el ver días buenos?* ¿Quién no lo va a desear, siendo así que todo hombre, mientras vive en esta carne, no tiene sino días malos? Haz lo que se dice a continuación: *Refrena tu lengua del mal y tus labios para que no hablen con engaño. Apártate del mal y haz el bien; busca la paz y sigue tras ella.* De esta forma carecerás de días malos, y se habrá cumplido lo que pediste: *Líbranos del mal.*

12. Las tres primeras peticiones: *Santificado sea tu nombre, Venga tu reino* y *Hágase tu voluntad así en la tierra como*

lent, ut quotidie sentines. Quid est, ambulent manus? Dent, fac opera bona, ambulent manus tuae. *Frange esurienti panem tuum, et egenum sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, vesti* (Is 58,7). Fac quantum potes, fac unde potes, fac hilariter, et securus mitte orationem. Habebit alas duas, geminas eleemosynas. Quid est, geminas eleemosynas? *Dimittite, et dimittetur vobis: date, et dabitur vobis* (Lc 6,37.38). Una eleemosyna est, quae fit de corde, quando fratri tuo dimittis peccatum. Altera eleemosyna est, quae fit de substantia, quando pauperi panem porrigis. Ambas fac, ne sine una ala remaneat oratio tua.

11. *Liberatio a malo.*—Ergo cum dixerimus: *Ne nos inferas in tentationem;* sequitur: *Sed libera nos a malo.* Qui vult liberari a malo, tentatur quia in malo est. Ideo dicit Apostolus: *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt* (Eph 5,16). Sed *quis est qui vult vitam, et diligit videre dies bonos?* Quando omnis homo in hac carne non habet nisi dies malos; quis non vult? Fac quod sequitur: *Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum; declina a malo, et fac bo*[399]*num; quaere pacem, et sequere eam* (Ps 33,14-15): et caruisti diebus malis, et impletur quod orasti: *Libera nos a malo.*

CAPUT X.—12. *Petitionum discrimen. Oratio Dominica quotidie dicitur ad altare.*—Tres ergo petitiones superiores *Sanctificetur nomen tuum,*

[7] Véase el sermón 56,11.

en el cielo, son eternas. Las cuatros siguientes corresponden a la vida presente. *Danos hoy nuestro pan de cada día:* ¿acaso, una vez que hayamos llegado a aquella saciedad, hemos de pedir diariamente el pan de cada día? *Perdónanos nuestras deudas:* ¿acaso hemos de decir esto en aquel reino en que no tendremos deuda alguna? *No nos dejes caer en la tentación:* ¿podremos decirlo cuando ya no exista tentación alguna? *Líbranos del mal:* ¿lo diremos cuando no haya mal de que ser liberados? Estas cuatro peticiones nos son necesarias para la presente vida diaria; las otras tres, para la vida eterna. Hagamos todas las peticiones para llegar a ella y hagámoslas aquí para no hallarnos separados de ella. Una vez bautizados, tenéis que decir diariamente la oración. En la iglesia se dice todos los días ante el altar de Dios y los fieles la escuchan. No tenemos miedo a que no la retengáis bien de memoria, pues si a alguno le resultara difícil, la aprenderá de sólo oírla todos los días.

13. Por esto el sábado, en la vigilia que hemos de celebrar, si Dios quiere [8], recitaréis en público no la oración, sino el Símbolo. Si no lo aprendéis ahora, luego no lo vais a oír a diario en la iglesia de boca del pueblo. Una vez que lo hayáis aprendido, repetidlo todos los días para que no se os olvide: cuando os levantáis de la cama, cuando os entregáis al sueño, recitad vuestro Símbolo, recitádselo al Señor, recordáoslo a vosotros mismos, sin avergonzaros de repetirlo. Buena cosa es repetir para no olvidar. No digáis: «Ya lo dije ayer, lo dije hoy,

Veniat regnum tuum, Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra, aeternae sunt. Quattuor autem sequentes ad istam vitam pertinent. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie:* numquid quotidie petituri sumus panem quotidianum, quando ad illam satietatem venerimus? *Dimitte nobis debita nostra:* numquid in illo regno dicemus, quando debita non habebimus? *Ne nos inferas in tentationem:* numquid tunc dicere poterimus, quando nulla erit tentatio? *Libera nos a malo:* numquid dicemus, quando nullum erit unde liberemur? Quattuor ergo ista propter vitam nostram quotidianam nobis necessaria sunt, tria vero illa propter aeternam. Sed omnia petamus, ut ad illam perveniamus; et hic rogemus ne ab illa separemur. Oratio quotidie dicenda est vobis, cum baptizati fueritis. In ecclesia enim ad altare Dei quotidie dicitur ista Dominica oratio, et audiunt illam fideles. Non ergo timemus, ne minus diligenter eam teneatis: quia et si quis vestrum non poterit tenere perfecte, audiendo quotidie tenebit.

Caput XI.—13. *Symbolum memoria tenendum. Tanquam speculum quotidie inspiciatur.*—Ideo die sabbati, quando vigilaturi sumus in Dei misericordia, reddituri estis, non Orationem, sed Symbolum. Modo enim nisi teneatis Symbolum, in ecclesia, in populo Symbolum quotidie non auditis. Cum autem tenueritis, ut non obliviscamini, quotidie dicite; quando surgitis, quando vos ad somnum collocatis, reddite Symbolum vestrum, reddite Domino, commemorate vos ipsos, non pigeat repetere.

[8] Es decir, en la vigilia pascual.

lo digo todos los días, lo sé perfectamente.» Tu Símbolo sea para ti como un espejo, que te recuerde tu fe y en el que puedas mirarte. Mírate en él, ve si crees todas las cosas que confiesas creer y regocíjate a diario en tu fe. Sean ellas tus riquezas; sean, por decirlo así, el vestido diario de tu mente. ¿No te vistes, acaso, cuando te levantas de la cama? Viste igualmente tu alma con el recuerdo de tu Símbolo, no sea que el olvido la desnude y, una vez desnuda, se cumpla en ti —Dios no lo quiera— lo que dice el Apóstol: *Aunque despojados, no seamos hallados desnudos*. Nuestra fe será nuestro vestido; será también nuestra túnica y nuestra coraza: túnica contra la vergüenza, coraza contra la adversidad. Cuando hayamos llegado al lugar en que reinaremos, no será necesario recitar el Símbolo. Veremos a Dios; el mismo Dios será para nosotros objeto de contemplación; la contemplación de Dios será la recompensa de nuestra fe.

SERMON 59

Tema: La entrega del Padrenuestro (Mt 6,9-13).

Fecha: Quizá antes del año 410.

Lugar: Hipona.

1. Habéis recitado ya lo que creéis, escuchad qué habéis de pedir. Según las palabras del Apóstol: *¿Cómo van a invocar*

Bona est enim repetitio, ne subrepat oblivio. Ne dicatis: Dixi heri, dixi hodie, quotidie dico, teneo illud bene. Commemora fidem tuam, inspice te: sit tanquam speculum tibi Symbolum tuum. Ibi te vide, si credis omnia quae te credere confiteris, et gaude quotidie in fide tua. Sint divitiae tuae, sint quotidiana ista quodam modo indumenta mentis tuae. Numquid non quando surgis vestis te? Sic et commemorando Symbolum tuum vesti animam tuam, ne forte eam nudet oblivio, et remaneas nudus, et fiat quod ait Apostolus, quod absit a te: *Si tamen exspoliati, non nudi inveniamur* (2 Cor 5,3). Vestiti enim erimus fide nostra; et ipsa fides et tunica est et lorica: tunica, contra confusionem; lorica, contra adversitatem. Cum autem venerimus ad illum locum ubi regnabimus, non opus est ut dicamus Symbolum: Deum videbimus, ipse **[400]** Deus nobis visio erit; visio Dei fidei huius merces erit.

SERMO LIX **[PL 38,400]**

ITEM IN MATTHAEI CAP. 6,9-13, DE ORATIONE DOMINICA, AD COMPETENTES

CAPUT I.—1. *Symbolum regula fidei.*—Reddidistis quod creditis, audite quid oretis. Quoniam invocare non possetis, in quem non

a aquel en quien no han creído?, no podríais invocar a aquel en quien no hubierais creído antes. Por este motivo aprendisteis en primer lugar el Símbolo, en que está la regla de vuestra fe, breve y grande al mismo tiempo: breve, en el número de palabras; grande, por el peso de sus artículos. La oración que hoy habéis recibido, para aprenderla y darla de memoria dentro de ocho días, fue dictada, como escuchasteis en la lectura del Evangelio, por el mismo Señor a sus discípulos y a través de ellos ha llegado hasta nosotros, puesto que su voz se extendió por toda la tierra.

2. Por tanto, no queráis pegaros a la tierra quienes habéis encontrado un Padre en el cielo. Vais a decir: *Padre nuestro que estás en los cielos.* Comenzasteis a pertenecer a un gran linaje. Bajo este Padre son hermanos el señor y el siervo, el emperador y el soldado, el rico y el pobre. Todos los cristianos bautizados tienen distintos padres en la tierra, unos nobles, otros plebeyos; pero todos invocan a un mismo Padre, el que está en los cielos. Si allí habita nuestro Padre, allí se nos prepara la herencia. Es tal este Padre, que lo que nos dona hemos de poseerlo en su compañía. Nos da una herencia, pero no nos la deja al morir él. El no se va, sino que permanece, para que nosotros nos acerquemos a él. Habiendo oído, pues, a quién dirigimos nuestras peticiones, sepamos también qué hemos de pedir, no sea que ofendamos a tal Padre pidiendo indebidamente.

3. ¿Qué nos enseñó nuestro Señor Jesucristo que pidiéra-

credidissetis, Apostolo dicente: *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?* (Rom 10,14) ideo prius Symbolum didicistis, ubi est regula fidei vestrae brevis et grandis: brevis, numero verborum; grandis pondere sententiarum. Oratio autem quam hodie accipitis tenendam, et ad octo dies reddendam, sicut audistis cum Evangelium legeretur, ab ipso Domino dicta est discipulis ipsius, et ab ipsis pervenit ad nos; quoniam *in omnem terram exivit sonus eorum* (Ps 18,5).

2. *Omnium unus pater.*—Ergo nolite inhaerere terrenis, qui Patrem invenistis in caelis. Dicturi enim estis, *Pater noster, qui es in caelis.* Ad magnum genus pertinere coepistis. Sub isto Patre fratres sunt dominus et servus: sub isto Patre fratres sunt imperator et miles: sub isto Patre fratres sunt dives et pauper. Omnes Christiani fideles diversos in terra habent patres, alii nobiles, alii ignobiles: unum vero Patrem invocant, qui est in caelis. Si ibi est Pater noster, ibi nobis praeparatur hereditas. Talis est autem iste Pater, cum quo possideamus quod donat. Dat enim hereditatem, sed non moriens illam nobis derelinquit. Non enim ipse discedit, sed ille permanet, ut nos accedamus. Quia ergo audivimus a quo petamus, sciamus et quid petamus, ne forte talem Patrem male petendo offendamus.

Caput II.—3. *Prima petitio.*—Quid ergo nos docuit Dominus Iesus

mos al Padre que está en los cielos? *Sea santificado tu nombre.* ¿Qué beneficio es esto que pedimos a Dios, es decir, que sea santificado su nombre? El nombre de Dios es santo desde siempre; ¿por qué, pues, pedimos que sea santificado, sino para ser santificados nosotros por medio de él? Pedimos que sea santificado en nosotros lo que es santo desde siempre. El nombre de Dios es santificado en vosotros en el momento de ser bautizados. Y una vez que hayáis sido bautizados, ¿por qué vais a pedir eso, sino para que persevere en vosotros lo recibido?

4. Sigue la segunda petición: *Venga tu reino.* El reino de Dios ha de venir pidámoslo nosotros o no. ¿Por qué, pues, lo pedimos, sino para que venga también para nosotros lo que ha de venir para todos los santos? ¿Para qué, sino para que Dios nos cuente en el número de sus santos, para quienes ha de venir su reino?

5. En la tercera petición decimos: *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo.* ¿Qué quiere decir esto? Como los ángeles te sirven en el cielo, así te sirvamos también nosotros en la tierra. Sus santos ángeles, en efecto, le obedecen, no le ofenden; cumplen sus preceptos por amor a él. Esto es lo que pedimos: que también nosotros cumplamos sus preceptos por amor. Hay otra manera de entender las palabras *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo.* El cielo es nuestra alma y la tierra nuestro cuerpo. ¿Qué significa, pues, *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo?* Como nosotros escuchamos tus preceptos, así también nuestra carne vaya de acuerdo con nosotros, no sea que, mientras están en lucha la carne y el

Christus petere a Patre, qui est in caelis? *Sanctificetur nomen tuum.* Quale beneficium est, quod petimus a Deo, ut sanctificetur nomen eius? Nomen Dei semper est sanctum: quare ergo petimus ut sanctificetur, nisi ut nos per ipsum sanctificemur? Quod ergo semper sanctum est, ut in nobis sanctificetur oramus. Sanctificetur in vobis nomen Dei, quando baptizamini. Utquid hoc orabitis, cum baptizati fueritis, nisi ut quod accipietis perseveret in vobis?

4. *Secunda petitio.*—Sequitur alia petitio: *Veniat regnum tuum.* Sive petamus, sive non petamus, venturum est regnum Dei. Quare ergo petimus, uisi ut veniat et nobis, quod venturum est omnibus sanctis; ut et nos Deus in numero sanctorum suorum habeat, quibus venturum est regnum eius?

5. *Tertia petitio.*—Dicimus tertia petitione: *Fiat* **[401]** *voluntas tua, sicut in caelo, et in terra.* Quid est hoc? Ut quomodo tibi serviunt Angeli in caelo, et nos tibi serviamus in terra. Angeli autem ipsius sancti oboediunt illi, non illum offendunt; faciunt iussa amando eum. Hoc ergo oramus, ut et nos praecepta Dei caritate faciamus. Iterum verba ista aliter intelleguntur. *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra.* Caelum in nobis anima est, terra in nobis corpus est. Quid est ergo, *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra?* Sicut et nos audimus

espíritu, no podamos cumplir en plenitud los mandamientos de Dios.

6. Sigue la oración: *Danos hoy nuestro pan de cada día.* Sea que pidamos al Padre el sustento necesario, sea que entendamos en él aquel pan de cada día que vais a recibir en el altar, hacemos bien en pedirle que nos lo dé. ¿Qué es, pues, lo que pedimos, sino que no aceptemos ningún mal que nos separe de tal pan? Pan es también la palabra de Dios que cada día se nos predica. No deja de ser pan por el hecho de que no lo sea para el vientre. Una vez pasada esta vida, no buscaremos el pan que busca quien tiene hambre, ni recibiremos tampoco el sacramento del altar, porque allí estaremos con Cristo, cuyo cuerpo recibimos; ni tampoco se nos dirán estas palabras que yo estoy diciéndoos, ni se leerá el códice [1] cuando veamos a la misma Palabra, al Verbo de Dios, por quien fueron hechas todas las cosas, de quien se alimentan los ángeles, por quien son iluminados. El hace sabios a los ángeles, quienes no buscan palabras que sólo expresan sus significados mediante rodeos, sino que beben la única Palabra, el único Verbo, del cual una vez llenos, rompen en alabanzas, en alabanzas que no cesarán. Pues, como dice el salmo, *Dichosos quienes habitan en tu casa; por los siglos de los siglos te alabarán* [2].

7. Por tanto, también para esta vida pedimos lo que sigue a continuación: *Perdónanos nuestras deudas así como nosotros*

praecepta tua, sic nobis consentiat caro nostra; ne dum contendunt caro et spiritus, praecepta Dei minus implere possimus.

Caput III.—6. *Quarta petitio.*—Sequitur in Oratione: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Sive exhibitionem corpori necessariam petamus a Patre, in pane significantes quidquid nobis est necessarium, sive quotidianum panem illum intellegamus, quem accepturi estis de altari, bene petimus ut det nobis eum. Quid est enim quod oramus, nisi ne mali aliquid admittamus, unde a tali pane separemur? Et verbum Dei quod quotidie praedicatur, panis est. Non enim quia non est panis ventris, ideo non est panis mentis. Cum autem vita ista transierit, nec panem illum quaeremus quem quaerit fames; nec Sacramentum altaris habemus accipere, quia ibi erimus cum Christo, cuius corpus accipimus; nec verba nobis ista dici habent, quae dicimus vobis, nec codex legendus est, quando ipsum videbimus quod est Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, quo pascuntur Angeli, quo illuminantur Angeli, quo sapientes fiunt Angeli, non quaerentes verba locutionis anfractuosae; sed bibentes unicum Verbum, unde impleti ructuant laudes, et non deficiunt in laudibus. *Beati* enim, ait Paslmus, *qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te* (Ps 83,5).

Caput IV.—7. *Quinta petitio.*—Ergo in hac vita petimus quod sequitur: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus*

[1] Es decir, las Sagradas Escrituras.
[2] Véase el sermón 56,10.

perdonamos a nuestros deudores. En el bautismo se nos perdonan absolutamente todas nuestras deudas, es decir, los pecados. Nadie puede vivir aquí sin pecado. Quizá pueda vivir sin aquellos pecados más graves que causan la separación de aquel pan, pero ciertamente nadie puede vivir sin pecados en esta tierra. Puesto que no podemos recibir el bautismo más que una sola vez [3], recibimos en la oración con qué lavarnos a diario, para que se nos perdonen nuestros pecados de cada día con la condición de que cumplamos lo que sigue: *Así como nosotros perdonamos a nuestros deudores*. Por tanto, os exhorto, hermanos míos—hijos míos en la gracia de Dios, y bajo tal Padre, hermanos míos—; os exhorto a que cuando alguien os ofenda y peque contra vosotros y luego se acerque a vosotros y, reconociendo su pecado, os pida perdón; os exhorto, repito, a que le perdonéis y lo hagáis de todo corazón e inmediatamente, no sea que cerréis el paso al perdón que os viene de Dios. Si vosotros no perdonáis, tampoco él os perdonará. Para esta vida, pues, está pensada esta petición; sólo pueden perdonarse los pecados aquí donde puede haberlos. En aquella otra vida no se perdonarán porque no existirán.

8. La última petición dice así: *No nos dejes caer en la tentación, mas líbranos del mal*. También nos es necesario en esta vida pedir que no nos deje caer en la tentación, pues es en ella donde hay tentaciones y pedimos ser librados del mal que tiene su morada aquí. En consecuencia, de estas siete peticiones, tres se refieren a la vida eterna y cuatro a la vida pre-

nostris. In Baptismo omnia debita, id est, peccata prorsus dimittuntur nobis. Sed quia nemo hic potest vivere sine peccato, et si non magno crimine unde separetur ab illo pane, tamen nemo potest sine peccatis esse in hac terra, et non possumus accipere nisi unum Baptismum semel; in Oratione accipimus, unde quotidie lavemur, ut nobis peccata nostra quotidie dimittantur: sed si faciamus quod sequitur, *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*. Itaque, fratres mei, moneo vos, in Dei gratia filios meos, et sub illo Patre fratres meos, moneo vos, ut quando aliquis offendit et peccat in vos, et venit et confitetur, et petit a vobis veniam, ignoscatis illi, et continuo ex corde dimittatis; ne vobis a Deo veniam venientem prohibeatis. Si enim non dimittitis vos, nec ille dimittet vobis. Ergo et hoc in ista vita petimus: quia et hic possunt dimitti, ubi possunt haberi peccata. In illa autem vita non dimittuntur, quia nec habentur.

CAPUT V.—8. *Sexta petitio*.—Deinde petimus **[402]** dicentes: *Ne nos inferas in tentationem; sed libera nos a malo*. Et hoc in ista vita nobis necessarium est petere, ne inferamur in tentationem, quia hic sunt tentationes; et liberemur a malo, quia hic est malum. Ac per hoc omnes istae petitiones septem, tres ad vitam aeternam pertinent, quattuor ad

[3] Quizá contra los donatistas. Véase la Nota complementaria 46: *La reiteración del bautismo* vol.VII p.759.

sente. *Sea santificado tu nombre,* siempre lo será. *Venga tu reino,* este reino siempre existirá. *Hágase tu voluntad así en la tierra como en el cielo,* siempre se hará. *Danos hoy nuestro pan de cada día,* no será cosa de siempre. *Perdónanos nuestras deudas,* no durará eternamente. *No nos dejes caer en la tentación,* no será cosa de siempre. *Mas líbranos del mal,* no durará por siempre. Unicamente donde existe la tentación y el mal es necesario que pidamos esto.

SERMON 60 (= Lambot 19)

Tema: El desapego y el tesoro en el cielo (Sal 38,7; Mt 6,19-21).

Lugar: Cartago.

Fecha: En el año 397.

1. Si un hombre cualquiera se halla en alguna dificultad y se siente incapaz de resolver su problema, busca una persona entendida que le aconseje para saber qué hacer. Supongamos, pues, que el mundo entero es un solo hombre. Desea evitar el mal, pero siente pereza para obrar el bien. Al acumularse por esto mismo sus dificultades y siendo incapaz de hacerles frente, para recibir consejo, ¿qué otra persona puede encontrar más entendida que Cristo? Encuentre, si puede, otra mejor y siga su

vitam praesentem. *Sanctificetur nomen tuum:* semper erit. *Veniat regnum tuum:* hoc regnum semper erit. *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra:* semper erit. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie:* non semper erit. *Dimitte nobis debita nostra:* non semper erit. *Ne nos inferas in tentationem:* non semper erit. *Sed libera nos a malo:* non semper erit; sed ubi est tentatio, et ubi est malum, ibi necessarium est ut petamus.

SERMO LX (Lambot 19)

[RB 58 (1948) **36]** *(PL 38,402)*

TRACTATVS DE PSALMO 38 VBI DICIT: «QVAMQVAM IN IMAGINE AMBVLET HOMO TAMEN VANE CONTVRBATVR. THESAVRIZAT ET NESCIT CVI CONGREGAT EA». ET EX EVANGELIO DE THESAVRO IN CAELO CONDENDO (Mt 6,19-21)

Omnis homo in tribulatione aliqua constitutus, et in sua causa deficiens, prudentem aliquem quaerit, a quo consilium accipiat, et norit quid agat. Existimemus ergo uniuersum mundum quasi esse hominem unum. Euadere mala quaerit, sed facere bona piget: ac per hoc crebrescentibus tribulationibus suis, et in sua deficiens causa, quem potest ad accipiendum consilium prudentiorem inuenire, quam Christum? Meliorem inue-

consejo. Pero, si no puede encontrarla, venga a éste, consúltele dondequiera que le halle, siga su acertado consejo, guarde sus justos mandatos y así evite el gran mal. Mucho, en efecto, aborrecen y lamentan los hombres los males temporales de nuestros días; a su sombra murmuran sin cesar, y murmurando ofenden al Creador, para no encontrar al Salvador; males presentes que sin duda han de pasar. O ellos pasan por nosotros o pasamos nosotros por ellos; o pasan mientras aún vivimos, o los dejamos cuando morimos. No existe tribulación grande si es de breve duración. Por mucho que pienses en el día de mañana, no harás que vuelva el día de ayer. El día de mañana será ayer también cuando llegue el pasado mañana. Y si los hombres se agitan en tantos cuidados para eludir las tribulaciones temporales, pasajeras o, más bien, voladoras, ¿qué no se ha de discurrir para que el hombre se vea libre de las que permanecen y duran por siempre?

2. Complicado asunto es la vida de los mortales. ¿Qué otra cosa es el nacer sino ingresar en una vida de fatigas? El llanto del recién nacido es testigo del mayor sufrimiento futuro. A nadie se le dispensa de participar en este molesto banquete. Es preciso beber de la copa que nos brindó Adán. Fuimos hechos con las manos de la verdad, mas a causa del pecado hemos sido arrojados a los días de vanidad. Fuimos creados a imagen de Dios, pero la destruimos con la transgresión del pecado. Por esto nos recuerda el salmo cómo fuimos hechos y a dónde hemos venido a parar. Dice, en efecto: *Aunque el hombre camine en la imagen de Dios;* he aquí como fue hecho. ¿Adónde

niat, et quod uult agat. Si autem non habet ubi meliorem inueniat, ad hunc ueniat quem ubicumque inueniat, consulat, accipiat uerum consilium, seruet mandatum bonum, euadat magnum [37] malum. Praesentia enim mala temporalia, quae multum homines exhorrent et dolent, sub quibus plurimum murmurant, et murmurando offendunt emendatorem ne inueniant saluatorem: praesentia ergo mala sine dubio transitura sunt. Aut per nos transeunt, aut nos per illa transimus; aut transeunt nobis uiuentibus, aut dimittuntur nobis morientibus. Non est tribulatione magnum, quod tempore breue est. Quisquis cogitas crastinum diem non reuocas hesternum diem. Veniente die perendino, hesternus erit et crastinus. Verumtamen si curis tantis homines aestuant ad euadendas temporales et transcurrentes, uel potius transuolantes tribulationes, quid est excogitandum ut homo euadat manentes et sine fine durantes?

2. Dura causa este uita mortalium. Quid est aliud hic nasci, nisi ingredi labo*(403)*riosam uitam? De labore futuro maiore, testis est ipse fletus infantis. Ab isto molesto conuiuio nemo se excusat. Bibendum est quod propinauit Adam. Facti sumus manibus ueritatis, sed propter peccatum proiecti in dies uanitatis (cf. Eccl 7,16). Facti sumus ad imaginem Dei (cf. Gen 1,26), sed detriuimus eam transgressione peccati. Ideo psalmus nos admonet quomodo facti fuerimus et quo peruenerimus. Ait enim: *Quamquam in imagine ambulet homo:* ecce quod factus est. Quo

vino a parar? Escucha lo que sigue: *Sin embargo, se inquieta vanamente*. Camina en la imagen de la verdad y se conturba por insinuación de la vanidad. Mira, en fin, su turbación; mírala y, como viéndote en un espejo, desagrádate a ti mismo. *Aunque el hombre,* dijo, *camine en la imagen,* y en consecuencia sea algo grande, *sin embargo se inquieta vanamente.* Y como si preguntáramos, ¿con qué, dime, con qué se inquieta vanamente? *Acumula tesoros y no sabe para quién.* Considera simbolizado en ese hombre a todo el género humano, quien, como un hombre incapaz ante su problema, perdió la capacidad de decidir y se extravió del camino de la sana razón. *Acumula tesoros y no sabe para quién.* ¿Hay locura mayor? ¿Existe más grande desdicha? ¿Acumula tesoros para sí? Ciertamente no. ¿Por qué no para sí? Porque ha de morir, porque la vida del hombre es breve, porque el tesoro permanece, mientras pasa quien lo acumula. Por tanto, compadeciéndose del hombre que caminando en la imagen confiesa la verdad y sigue la vanidad, dice el Salmo: *Se inquieta vanamente.* Me causa pena: *Acumula tesoros y no sabe para quién.* ¿Para sí? No, pues muere el hombre y permanece el tesoro. ¿Para quién, pues? ¿Has tomado ya la decisión? Dímela. ¿No tienes decisión que participarme? Es que no tienes ninguna. Por tanto, si ninguno de los dos la tenemos, busquémosla ambos, recibámosla ambos.

3. Reflexionemos, pues. Te inquietas, atesoras, piensas, te afanas, sufres insomnios. Por el día te abruman las fatigas, por la noche te asaltan los temores. Para que tu bolso esté lleno de monedas, tu alma enferma de cuidados. Lo estoy viendo; me

peruenit? Audi quod sequitur: *Tamen vane conturbatur.* In imagine ambulat ueritatis, et conturbatur consilio uanitatis. Denique, uide conturbationem eius; uide et tamquam in speculo displice tibi. *Quamquam,* inquit, *in imagine ambulet homo,* et ideo magna res est homo, *tamen vane conturbatur* (Ps 38,7). Et quasi quaereremus. Unde, rogo te, unde uane **[38]** conturbatur? *Thesaurizat et nescit cui congreget ea.* Ecce est ille homo uniuersum genus humanum, quasi unus homo qui in causa sua defecit, consilium perdidit, de uia sanae mentis errauit. *Thesaurizat et nescit cui congregat ea.* Quid dementius? Quid infelicius? Certe enim sibi? Non. Quare sibi non? Quia moriturus est, quia breuis est hominis uita, quia thesaurus durat, et cito transit qui congregat. Ideo miseratus hominem in imagine ambulantem, uera fatentem, uana sectantem: *Vane,* inquit, *conturbatur.* Doleo eum: *thesaurizat et nescit cui congregat.* Sibi ergo? Non, quia moritur homo, durante thesauro. Cui ergo? Consilium habes? Da et mihi. Non habes consilium quod mihi des? Nec tu ergo tenes. Proinde si ambo non habemus, ambo quaeramus, ambo accipiamus.

3. Ergo tractemus. Conturbaris, thesaurizas, cogitas, laboras, inuigilas. Per diem uexaris laboribus, per noctem agitaris timoribus. Ut saccellus tuus impleatur nummis, anima tua febrit curis. Video, doleo: conturbaris, et sicut dicit qui falli nescit, uane conturbaris. Thesaurizas etenim,

causa pena: te inquietas, y, como dice quien no puede equivocarse, te inquietas vanamente. Acumulas tesoros, en efecto. Para que te resulte bien cuanto haces—pasando por alto tantos daños, tantos peligros y cada una de las muertes que siguen a cada ganancia, muertes no causadas en los cuerpos, sino por los malos pensamientos—; para que venga el oro, perece la fe; para vestirte por fuera, te desvistes por dentro. Pero dejemos de lado esto, silenciemos otras cosas, pasemos por alto lo adverso y pensemos solamente en las cosas favorables. He aquí que acumulas tesoros, de todas partes te fluyen riquezas y como agua de fuente corren hacia ti las monedas. Mientras la pobreza lo arrasa todo como fuego, de todas partes te afluyen riquezas. ¿No has escuchado: *Si afluyen las riquezas, no pongáis en ellas el corazón?* Sin duda adquieres riquezas; tu inquietud no es infructuosa, pero sí vana. «¿Por qué, dices, por qué mi inquietud es vana? Mira: lleno los sacos, las paredes de mi casa apenas pueden contener lo que adquiero; ¿por qué, pues, mi inquietud es vana?» «Porque acumulas tesoros y no sabes para quién; o, si lo sabes, dímelo, te lo ruego. Te escucharé. ¿Para quién? Si no te inquietas vanamente, dime para quién acumulas tesoros». «Para mí», dices. «¿Te atreves a decirlo, tú que has de morir?» Gran piedad: un padre acumula tesoros para los hijos; mejor diría gran vanidad: uno que ha de morir los acumula para quienes han de morir también. Si no reservas para ti cuanto acumulas, puesto que has de morir, idéntica es la situación de tus hijos: también ellos han de pasar, no permanecerán. Omito hablar de como serán esos hijos; puede suceder, quizá, que lo que atesoró la avaricia lo eche a perder la lujuria. Otro derrochará con largueza lo que tú reuniste con fatiga. Pero prescindo

4. ¿Qué necesidad hay ya de encareceros con muchas palabras la simplicidad de las palomas? Había que tomar precauciones ante el veneno de las serpientes; el imitarlas ofrecía cierto peligro, pues había algo que infundía temor. A la paloma imítala con tranquilidad. Contempla cómo las palomas gozan de estar en sociedad: por doquier vuelan juntas, juntas se alimentan, no quieren estar solas, disfrutan de la comunión, mantienen la caridad, murmuran gemidos de amor, engendran a sus hijos con besos. Cuando las palomas, como observamos frecuentemente, disputan entre sí por sus nichos, en cierto modo libran una disputa pacífica. ¿Acaso se separan tras haber disputado? Vuelan juntas, se alimentan juntas y sus disputas son pacíficas. Ved la disputa de las palomas. Dice el Apóstol: *Si alguno no obedece a nuestra palabra manifestada en esta carta, apuntadle con el dedo y no os mezcléis con él.* Mira la disputa, pero anota que es una disputa propia de palomas, no de lobos. A continuación añadió: *Pero no le tengáis por enemigo, sino corregidle como a un hermano.* La paloma ama aun cuando disputa; el lobo odia aun cuando halaga. Poseyendo, pues, la simplicidad

tes, imitatus es astutiam serpentis. Imitare illum fortius: serua caput tuum. Quid est: serua caput tuum? Tene apud te Christum. Si forte aliquis uestrum aduertit cum occiderit serpentem quomodo pro capite suo totum corpus obicit ictibus ferientis? Illud in se feriri non uult ubi se nouit habere uitam. Et Christus uita nostra est. Ipse enim dixit: *Ego sum uia ueritas et uita* (Io 14,6). Audi et apostolum: *Caput uiri Christus est* (1 Cor 11,13). Qui ergo Christum seruat in se, caput suum seruat pro se.

Iam uero quid opus est commendare multis simplicitatem columbarum? Cauenda enim fuerant uenena serpentis. Ibi imitatio periclitabatur ubi erat quod timeretur. Columbam uero securus imitare. Attende columbas in societate gaudere: ubique simul uolant, simul pascuntur, nolunt esse solae, communione gaudent. Caritate feruent, **[14]** gemitibus amoris inmurmurant, osculis filios generant. *Quamdiu* autem *sumus in corpore peregrinamur a domino* (2 Cor 5,6). *Beati lugentes!* (Mt 5,5). Et si uis columba esse dic domino tuo: *Gemitus meus non est absconditus a te* (Ps 37,10). Quando ergo columbae, nam et hoc plerumque aduertimus, inter se rixantur de locis suis, quodam modo pacata contentio est. Numquid quia rixantur ideo separantur? Simul uolant, simul parcuntur et ipsa rixa pacata est. Videte rixam columbarum. Apostolus dixit: *Si quis autem uerbo nostro non obaudit per epistolam, hunc notate et nolite commisceri cum illo* (2 Thes 3,14). Ecce rixa. Sed attende quia columbarum est rixa, non luporum. Continuo subiecit: *Et non ut inimicum*

de las palomas y la astucia de las serpientes, celebrad la solemnidad de los mártires con sobriedad de la mente, no con ebriedad del vientre [2]. Proclamad las alabanzas de Dios. Nuestro Dios y Señor es el mismo Dios de los mártires; él es nuestro coronador [3]. Si hemos luchado bien, seremos coronados por aquel que coronó a quienes contemplamos como objeto de imitación.

SERMON 64 A (= Mai 20)

Tema: Comentario a Mt 10,16.

Lugar: Desconocido.

Fecha: Desconocida.

1. La solemnidad de los mártires, en la que celebramos el recuerdo de su pasión, se nos propone, amadísimos, para que, si tal vez nos sobreviniere alguna prueba dura, perseveremos hasta el final, para poder ser salvados según lo leído en el Evangelio, que hemos escuchado todos juntos: *Quien per-*

existimetis sed corripite ut fratrem (ib., 15). Columba amat et quando caedit. Lupus odit et quando blanditur.

Columbarum ergo simplicitatem habentes et astutiam serpentum imitantes, solemnia martyrum celebrate in sobrietate mentis non in ebrietate uentris. Deo laudes dicite. Ipse enim est deus noster qui et martyrum dominus, ipse coronator noster, si bene luctati fuerimus, qui coronauit eos quos imitari concupiscimus.

SERMO LXIV A (Mai 20)

[MA 1,310]

INCIPIT DE CAPITULO: «ECCE EGO MITTO VOS SICUT OVES», ET CETERA.
DE NATALE MARTYRUM (Mt 10,16ss)

Sollemnitas martyrum, dilectissimi, qua passionis eorum memoriam celebramus, ad imitandum nobis proponitur, ut, si quid forte durae temptationis acciderit, usque in finem perseveremus, ut salvi esse possimus,

[2] Se refiere San Agustín a la costumbre tradicional entonces de celebrar banquetes funerarios, ya en honor de los familiares difuntos, ya en honor de los mártires, junto a sus *memorias*. No era raro que tales comidas acabasen en borracheras. Todo ello indujo a Agustín a prohibirlas en Hipona, como ya había acontecido en otras partes del orbe católico, como en Milán, por obra de San Ambrosio (*Confesiones* VI, 2,2). La opinión y comportamiento de Agustín al respecto puede leerse en las *Cartas* 22 y 29. Sobre lo mismo, puede verse en F. VAN DER MEER, *San Agustín, pastor de almas,* el capítulo: «Banquetes funerarios» p.633ss.

[3] El término latino *coronator* aparece por primera vez en Agustín. Lo encontraremos también en el sermón 116,7.

severe hasta el final, ése se salvará. El final de este mundo temporal quizá esté lejos o quizá esté cerca [1]. El Señor quiso que permaneciese oculto cuándo iba a tener lugar, para que los hombres esperen siempre preparados aquello que no saben cuándo va a venir. Pero, esté cercano o esté lejano, como dije, el final de este mundo temporal, el fin de cada hombre en particular, por el que se ve obligado a pasar de esta vida a otra adecuada a sus méritos, pensando en la brevedad de esta nuestra mortalidad, no puede estar lejos. Cada uno de nosotros debe prepararse para cuando llegue su fin. El último día, en efecto, no acarreará mal alguno a quien, pensando que cada día es el último para él, vive en forma de morir tranquilo; a aquel que muere día a día para no morir eternamente. Pensando en estas cosas, ¡cómo oyeron los santos mártires la palabra del Señor que decía: *He aquí que os envío como ovejas en medio de lobos!* ¡Cuán firmemente habían sido robustecidos para que no sintiesen temor ante esto! De donde resulta cuán numerosos eran los lobos y cuán pocas las ovejas, pues no fueron enviados los lobos en medio de las ovejas, sino las ovejas en medio de los lobos. No dice el Señor: «Mirad que os envío como leones en medio de jumentos». Al hablar de ovejas en medio de lobos mostró suficientemente el pequeño número de ovejas y los rebaños de lobos. Y aunque un solo lobo acostumbra a espantar a un rebaño por grande que sea, las ovejas enviadas en medio de innumerables lobos iban sin temor, porque

sicut modo ex evangelio lectum simul audivimus: *qui perse*[311]*veraverit usque in finem, hic salvus erit* (Mt 10,22). Et finis quidem huius saeculi fortasse longe est, fortasse prope est: voluit autem dominus ut lateret quando futurum sit, ut homines semper parati expectent quod ignorant quando venturum sit. Sed ille, ut dixi, finis saeculi sive prope sive longe sit, uniuscuiusque hominis finis, quo ab ista vita in aliam pro merito suo transire cogitur, propter brevitatem mortalitatis huius longe esse non potest. Ad finem utique suum unusquisque nostrum praeparare se debet: nihil quippe nocebit ultimus dies ei qui omnem diem tamquam ultimum cogitans ita vivit, ut securus moriatur; dum ita moritur, ne in aeternum moriatur. Ista cogitantes martyres sancti quomodo audierunt vocem domini dicentis: *ecce ego mitto vos velut oves in medium luporum!* (Mt 10,16) quanta firmitate roborati erant, ut hoc non timerent! Ex hoc enim apparet, quam multi essent lupi et paucae oves, quia non lupi missi sunt in medium ovium, sed oves in medium luporum. Neque enim ait dominus, Ecce ego mitto vos sicut leones in medium iumentorum; sed oves dicens in medium luporum, satis ostendit paucitatem ovium, greges luporum. Et cum unus lupus quam libet magnum gregem soleat perturbare, missae oves in me-

[1] Ante la cuestión sobre el fin del mundo, Agustín fue prudente; prefería confesar una cauta ignorancia a profesar una falsa ciencia *(Carta* 197,1.5). Además de esta carta puede verse la 199 y la Nota complementaria 22: *Las edades del mundo* vol.VII p.751.

quien las enviaba no las abandonaba. ¿Por qué iban a temer el ir en medio de lobos aquellos con quienes estaba el Cordero que venció al lobo?

2. En la misma lectura escuchamos: *Cuando os hayan entregado, no penséis lo que vais a decir; no seréis vosotros quienes habléis, sino el Espíritu de vuestro Padre que habla en vosotros.* Por esto dice en otro lugar: *Mirad que estoy con vosotros hasta la consumación del mundo.* ¿Acaso iban a permanecer aquí hasta la consumación del mundo quienes escuchaban entonces estas palabras del Señor? El Señor pensaba no sólo en aquellos que iban a abandonar este mundo, sino también en los demás, y en nosotros mismos, y en quienes nos han de suceder a nosotros en esta vida: a todos nos veía dentro de su único Cuerpo. Estas palabras: *Yo estoy con vosotros hasta la consumación del mundo,* no sólo las oyeron ellos, también nosotros las oímos. Y si no las oíamos entonces en nuestra ciencia, las oíamos en su presciencia. Por tanto, para vivir seguros como ovejas en medio de lobos, guardemos los mandamientos de quien nos exhorta a ser *simples como las palomas y astutos como las serpientes.* Simples como palomas: a nadie hagamos daño; astutos como serpientes: cuidémonos de que nadie nos dañe. Pero no podrás tomar precauciones para no ser dañado, a no ser que conozcas en qué puedes recibir daño. Hay quienes luchan con gran resistencia por cosas temporales. Y si les reprochan el que ofrecen demasiada resistencia, siendo así que, como el mismo Señor ordenó, más bien deben no ofrecer resistencia al malo, responden que ellos cumplen lo dicho:

dium innumerabilium luporum ibant, et non timebant; quia qui eas mittebat, non dimittebat. Quid enim timerent ire inter lupos, cum quibus erat agnus, qui vicit lupum?

2. In ea quippe lectione audivimus: *Cum tradiderint vos, nolite cogitare quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis* (Mt 10,19.20). Unde dicit alio loco: *Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem saeculi* (Mt 28,20). Numquid illi, qui tunc istam vocem domini audiebant, hic erant futuri usque in consummationem saeculi? Sed non solum illos decessuros, verum etiam ceteros, et nos ipsos, et qui post nos in hac vita futuri sunt, successuros dominus attendebat, et omnes in uno corpore suo videbat. Hanc ergo vocem, qua ait, *vobiscum sum usque in consummationem saeculi,* non solum illi, sed et nos audivimus; et si tunc non audiebamus **[312]** in nostra scientia, audiebamus in illius praescientia. Quapropter ut securi velut oves inter lupos teneamus praecepta eius admonentis nos, ut simus *simplices ut columbae, astuti ut serpentes* (Mt 10,16): simplices ut columbae, ne cuiquam noceamus: astuti ut serpentes, ut ne nobis noceatur caveamus. Sed cavere ne tibi noceatur non poteris, nisi in quo tibi noceatur intellexeris. Sunt enim qui pro rebus temporalibus resistendo digladiantur: et cum repraehenderis quod magnopere resistant, cum debeant magis, sicut

Sed astutos como serpientes. Pongan, pues, atención a lo que hace la serpiente: cómo en lugar de la cabeza presenta su cuerpo enroscado a los golpes de quienes lo hieren para defender aquélla, en la que la experiencia les dice que reside su vida; cómo menosprecia lo restante de su largo cuerpo para que su cabeza no sea herida por quien la persigue. Por tanto, si quieres imitar la astucia de la serpiente, protege tu cabeza. Está escrito: *La cabeza del varón es Cristo.* Mira dónde tienes a Cristo, puesto que por la fe habita en ti: *Cristo,* dice el Apóstol, *habita por la fe en vuestros corazones.* Para que tu fe permanezca íntegra, a quien te persigue opón todo lo demás para que se mantenga incólume aquello de donde traes la vida. Pues Cristo mismo, nuestro Señor, el Salvador, la Cabeza de toda la Iglesia, que está sentado a la derecha del Padre, ya no puede ser herido por quienes le persiguen; no obstante, asociándose a nuestros padecimientos y demostrando que él vive en nosotros, desde el cielo llamó a aquél Saulo, que luego se convirtió en el apóstol Pablo, con estas palabras: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?* A él en persona nadie le tocaba, pero en cuanto cabeza clamó desde el cielo en favor de sus miembros pisoteados en la tierra. Si Cristo habita por la fe en el corazón cristiano, para que la fe quede a salvo, es decir, para que Cristo permanezca en el creyente, ha de despreciarse cualquier cosa que el perseguidor pueda herir o quitar, de modo que ella perezca en favor de la fe y no la fe en beneficio de ella.

3. Los mártires, imitando esta astucia de la serpiente, dado que Cristo es la cabeza del varón, ofrecieron cuanto de mortal

dominus ipse praecepit, non resistere malo (cf. Mt 5,39), respondent, illud se facere quod dictum est, *astuti ut serpentes.* Attendant ergo quid serpens faciat, quomodo circulos corporis sui pro capite obiciat ictibus ferientium, ut illud custodiat, in quo vitam habere se sentit; quomodo cetera, quibus longus est, contemnat, ne caput eius a persequente caedatur. Si ergo vis imitari serpentis astutiam, caput tuum custodi. Scribtum est autem: *caput viri Christus est* (1 Cor 11,3). Vide itaque ubi habeas Christum, quia per fidem in te habitat Christus: *Habitare,* inquit, *Christum per fidem in cordibus vestris* (Eph 3,17). Ut ergo fides tua integra permaneat, persecutori cetera oppone, ut illud ubi vivis incolume perseveret. Nam Christus ipse salvator caput universae ecclesiae dominus noster, sedens ad dexteram patris iam feriri a persequentibus non potest; tamen conpatiens nobis, et in nobis se esse demonstrans, Saulo illi, qui postea Paulus apostolus factus est, de caelo clamavit: *Saule, Saule, quid me persequeris?* (Act 9,4). Et ipsum quidem nemo tangebat; sed pro calcatis in terra membris suis desuper tamquam caput clamavit. Quod si per fidem Christus habitat in corde christiano, ut ipsa fides salva sit, id est Christus in credente permaneat, contemnenda sunt quaecumque percutere vel auferre poterit persecutor, ut illa potius pro fide, non fides pro illis intereat.

3. Hanc astutiam serpentis martyres imitati, quoniam caput viri

poseían a los perseguidores, en beneficio de Cristo, considerado por ellos como su cabeza, para no encontrar la muerte allí de donde les venía la vida. Cumplieron el precepto del Señor que les exhortaba a ser astutos como serpientes, para que no creyesen, cuando se les condenaba a ser decapitados, que entonces perdían la cabeza; antes bien, cortada la cabeza de carne, mantuviesen íntegra la Cabeza: Cristo. Cualquiera que sea el modo como el verdugo se ensañe contra los miembros del cuerpo; cualquiera que sea la crueldad con que, una vez rasgados los costados y despedazadas las entrañas, llegue a las partes más internas del cuerpo, no puede llegar a nuestra Cabeza, que ni siquiera se le permite ver. Puede acercarse a ella, si quiere; pero no ensañándose contra nosotros, sino creyendo lo mismo que nosotros. ¿Cómo pudieron imitar las mujeres esta astucia de la serpiente, hasta alcanzar la corona del martirio? [2] Cristo, en efecto, fue denominado cabeza del varón y el varón cabeza de la mujer. No sufrieron lo que sufrieron por sus maridos, ellas que, para padecerlo, hasta tuvieron que vencer los halagos de los mismos, que las invitaban a apostatar. También ellas son miembros de Cristo por la misma fe. En consecuencia, Cristo, que es Cabeza de la Iglesia entera, es Cabeza de todos sus miembros. A la Iglesia en su totalidad se la denomina tanto mujer como varón. Es mujer, pues se la llama virgen. El Apóstol dice: *Os he entregado a un solo varón para presentaros a Cristo como virgen casta.* Entendemos que es varón por lo que dice el mismo Apóstol: *Hasta que lleguemos todos a la unidad de la fe, al conocimiento del Hijo de Dios, al varón*

Christus est, pro Christo tamquam pro capite suo persecutoribus obiecerunt quidquid mortaliter possidebant, ne ibi morerentur, ubi vivebant. Hoc praeceptum domini tenuerunt monentis, ut essent astuti ut serpentes; ne, quando iubebantur capite caedi, tunc se caput **[313]** perdere crederent, sed carnis capite praeciso caput Christum integrum retinerent. Qualibet enim saevitia membra corporis tortor invadat, qualibet crudelitate lateribus exaratis dilaniatisque visceribus ad omnia carnis interiora perveniat, ad caput nostrum non potest pervenire, quod non permittitur vel videre. Pervenit sane, si velit, non saeviendo in nos, sed credendo quod nos. Quomodo autem feminae, ut coronam martyrii merererentur, hanc astutiam serpentis imitari potuerunt? Caput enim viri dictus est Christus, caput autem mulieris vir. Neque enim pro maritis passae sunt, quando, ut paterentur, vicerunt etiam revocantium blandimenta maritorum. Quia et ipsae per eandem fidem membra sunt ecclesiae; ac per hoc Christus, qui universae ecclesiae caput est, omnium membrorum suorum caput est. Tota ergo ecclesia et femina appellatur et vir: nam et una virgo dicta est. Apostolus dicit: *Aptavi vos uni viro virginem castam exhibere Christo* (2 Cor 11,2). Et vir intellegitur, cum idem apostolus dicit: *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, in agnitionem filii Dei, in virum perfectum, in mensuram*

[2] Desconocemos a qué mártires se refiere en concreto.

perfecto, a la medida de la edad de la plenitud de Cristo. Si es mujer, Cristo es su varón; si es varón, Cristo es su cabeza. Si, pues, el varón es cabeza de la mujer, y Cristo es el varón de la Iglesia, puesto que también las mujeres sufrieron por Cristo, lucharon por su Cabeza con la astucia de la serpiente. Protejamos, pues, nuestra cabeza contra los perseguidores, imitemos la astucia de la serpiente. Gimamos ante Dios también por nuestros perseguidores, para tener la inocencia de las palomas. *Concluye el sermón sobre aquellas palabras: Mirad que os envío como ovejas en medio de lobos.*

SERMON 65

Tema: Temer a los que matan el alma (Mt 10,28).

Lugar: Desconocido.

Fecha: Desconocida.

1. Las palabras divinas que nos han leído nos animan a no temer temiendo y a temer no temiendo. Cuando se leyó el Evangelio, advertisteis que Dios nuestro Señor, antes de morir por nosotros, quiso que nos mantuviéramos firmes; pero animándonos a no temer y exhortándonos a temer. Dijo, pues: *No temáis a los que matan el cuerpo, pero no pueden matar el alma.* Ahí nos animó a no temer. Ved ahora dónde nos ex-

aetatis plenitudinis Christi (Eph 4,13). Si ergo femina est, vir eius Christus est: si vir est, caput eius Christus est. Cum itaque caput mulieris vir est, et vir ecclesiae Christus, cum pro Christo etiam feminae passae sunt, serpentis astutia pro suo capite pugnaverunt. Custodiamus ergo adversus persecutores caput nostrum, astutiam serpentis imitemur; et pro ipsis persecutoribus nostris ingemescamus ad deum, ut et columbarum innocentiam teneamus. *Explicit sermo ubi dicit: ecce ego mitto vos sicut oves in medium luporum.*

SERMO LXV **[PL 38,426]**

DE VERBIS EVANGELII MATTHAEI, CAP. 10,28: «NOLITE TIMERE EOS QUI CORPUS OCCIDUNT», ETC. HABITUS IN SOLEMNITATE MARTYRUM

CAPUT I.—1. *Timore timor pellendus.*—Admonent nos eloquia divina, quae lecta sunt, timendo non timere, et non timendo timere. Advertistis, cum **[427]** sanctum Evangelium legeretur. Dominum Deum nostrum antequam pro nobis moreretur, firmos nos esse voluisse: sed admonendo ne timeremus, et admonendo ut timeremus. Ait enim: *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere*

hortó a temer: *Pero temed a aquel,* dijo, *que puede matar el alma y el cuerpo en la gehena.* Por ende, temamos para no temer. Parece que el temor corresponde a la cobardía; el temor parece ser propio de débiles, no de fuertes. Pero ved lo que dice la Escritura: *El temor del Señor es la esperanza de la fortaleza.* Temamos para no temer, esto es, temamos prudentemente, para no temer infructuosamente. Los santos mártires, en cuya solemnidad se ha recitado este Evangelio, temiendo no temieron: temiendo a Dios, desdeñaron a los hombres.

2. ¿Qué ha de temer el hombre de los hombres? ¿Y con qué puede aterrar un hombre a otro hombre? Le aterra diciendo: te mato. Y no teme que quizá muera él primero, mientras amenaza. El dice «*te mato*»; pero ¿quién lo dice y a quién lo dice? Escucho a dos, a uno que amenaza y a otro que teme; uno de ellos es poderoso y el otro débil, pero ambos son mortales. ¿Por qué se excede en el honor la hinchada potestad, que en la carne es igual debilidad? Intime con seguridad la muerte quien no teme la muerte. Pero, si teme esa muerte con que amenaza, reflexione y compárese con aquel a quien amenaza. Descubra en él una común condición; y juntamente con él pida al Señor misericordia. Porque es un hombre y amenaza a un hombre, una criatura a una criatura; la una que se hincha ante su Creador y la otra que huye hacia el Creador.

3. Diga, pues, el fortísimo mártir, como hombre que está ante otro hombre: «No temo, porque temo». Tú no ejecutarás

(Mt 10,28). Ecce ubi monuit ne timeremus. Videte ubi monuerit ut timeremus. *Sed eum,* inquit, *timete, qui potestatem habet et corpus et animam occidere in gehenna* (ib.). Ergo timeamus, ut non timeamus. Timor videtur ad ignaviam pertinere: timor infirmorum videtur esse, non fortium. Sed videte quid ait Scriptura: *Timor Domini spes fortitudinis* (Prov 14,26). Timeamus, ne timeamus: hoc est, prudenter timeamus, ne inaniter timeamus. Martyres sancti, propter quorum solemnitatem hoc ex Evangelio recitatum est, timendo non timuerunt: quia Deum timendo, homines contempserunt.

2. *Homini ab homine nil metuendum.*—Quid enim ab hominibus homini metuendum est? Et quid est unde alterum terreat, homo hominem? Terret, et dicit: Occido te; et non timet, ne cum minatur, prius moriatur. Occido, inquit. Quis dicit? cui dicit? Duos audio: unum terrentem, alterum metuentem; quorum unus est potens, alter infirmus, sed ambo mortales. Quid se ergo extendit in honore inflatior potestas, in carne aequalis infirmitas? Securus minetur mortem, qui non timet mortem. Si vero unde terret, timet; attendat se, et ei cui minatur comparet se. Inveniat in eo cui minatur, parem conditionem; et a Domino simul cum illo petat miserationem. Homo est enim, et homini minatur, creatura creaturae: sed una inflata sub Creatore, altera fugiens ad Creatorem.

Caput II.—3. *Dei martyrem cur non terreat persecutor.*—Dicat ergo fortissimus martyr, stans homo ante hominem: Non timeo, quia timeo.

lo que intimas, si él no quiere. En cambio, nadie impedirá que él ejecute lo que intima. Y al cabo, si él lo permite, con eso que amenazas, ¿qué harás? Puedes ensañarte en la carne, pero el alma está segura. No matarás lo que ni ves, pues como visible aterras a otro visible. Ambos tenemos un Creador invisible, a quien juntos debemos temer. El creó al hombre de un elemento visible y otro invisible: hizo el visible de tierra, y animó el invisible con su aliento. Por ende, la invisible sustancia, es decir, el alma que levantó de la tierra la tierra postrada, no teme cuando hieres la tierra. Puedes herir la morada, pero ¿herirás al morador? Este está atado, y si rompes su atadura, huye y en lo oculto será coronado. ¿Por qué amenazas, si nada puedes hacer al alma? Por el mérito del alma, a la que nada puedes hacer, resucitará ese cuerpo al que puedes dañar. Por mérito del alma, resucitará también la carne. Esta será devuelta a su morador, no para caerse, sino para mantenerse. Estoy repitiendo las palabras del mártir: «Mira, ni siquiera por la carne temo tus amenazas». La carne pende de una autorización, pero hasta los cabellos de la cabeza están contados para el Creador. ¿Por qué he de temer perder la carne, pues no pierdo ni un cabello? Cómo no atenderá a mi carne quien así conoce lo más vil que tengo? El cuerpo mismo, que puede ser herido y muerto, será ceniza algún tiempo, y en la eternidad será inmortal. ¿Y para quién será? ¿A quién se devolverá para la vida eterna ese cuerpo muerto, magullado, destrozado? ¿A quién se devolverá? A aquel que no temió entregar su vida, y no teme cuando matan su carne.

Tu quod minaris, si ille nolit, non facis: quod autem ille minatur, ut faciat a nullo impeditur. Deinde tu quod minaris, et si permitteris, quid facis? Usque ad carnem saevis, anima tuta est. Non occides quod non vides: visibilis visibilem terres. Habemus ambo invisibilem Creatorem, quem simul timere debeamus; qui hominem ipsum ex visibili et invisibili creavit: visibilem de terra fecit, invisibilem flatu suo animavit. Substantia ergo invisibilis, hoc est, anima quae iacentem terram erexit de terra, non timet cum percutis terram. Potes ferire habitaculum, numquid habitatorem? Fugit percusso vinculo colligatus, et erit in occulto coronatus. Quid ergo minaris, qui animae nihil facere potes? Per meritum eius cui facere nihil potes, resurget cui facere aliquid potes. Per meritum enim animae resurget et caro: et habitatori reddetur, iam non ruitura, sed mansura. Ecce, verba martyris dico, ecce nec propter ipsam carnem meam timeo comminantem. Caro mea subiacet potestati: sed etiam capilli capitis numerati sunt Creatori (Mt 10,30). Quid timeo ne **[428]** carnem perdam, qui nec capillum perdo? Quomodo non attendit carnem meam, cui sic nota sunt vilia mea? Ipsum corpus quod percuti et occidi potest, ad tempus cinis erit, in aeternum immortale erit. Sed cui hoc? Cui reddetur corpus ad vitam aeternam etiam occisum, peremptum, dissipatum? cui reddetur? Ei qui non timuit ponere animam suam, cum non timet ne occidatur caro sua.

4. Hermanos, el alma es presentada como inmortal, y es inmortal a su propio modo [1]: porque es una cierta vida, que con su presencia puede vivificar la carne, ya que por el alma vive la carne. Esa vida no puede morir y por eso es inmortal el alma. ¿Y por qué dije «según su propio modo»? Oíd el porqué. Hay una cierta inmortalidad auténtica, inmortalidad que es inmutabilidad total: de ella dice el Apóstol, hablando de Dios: *Sólo él tiene la inmortalidad, y habita en una luz inaccesible; a quien ningún hombre vio, ni puede verlo; a él el honor y la gloria por los siglos de los siglos. Amén.* Si sólo Dios posee la inmortalidad, el alma es ciertamente mortal. He ahí por qué dije que el alma es inmortal a su propio modo. En efecto, no puede morir. Entienda vuestra caridad y no quedará ningún interrogante. Yo me atrevo a decir que el alma puede morir y puede ser muerta. Sin duda es inmortal, pero me atrevo a decir que es inmortal y que puede ser muerta; y por eso dije que tiene una cierta inmortalidad, esto es, no la total inmutabilidad que es propia de solo Dios, de quien se dijo: *Sólo él tiene la inmortalidad.* Pues si el alma no puede ser muerta, ¿cómo el Señor mismo, amenazándonos, dijo: *Temed a aquel que tiene poder de matar el alma y el cuerpo en la gehena.*

5. He confirmado el problema, pero en lugar de resolverlo no lo he resuelto. He mostrado que el alma puede ser muerta.

Caput III.—4. *Anima modo suo immortalis.*—Etenim, fratres, anima immortalis perhibetur, et est immortalis secundum quemdam modum suum: quia est quaedam vita, quae potest praesentia sua carnem vivificare. Per animam quippe caro vivit. Haec vita mori non potest: et ideo anima immortalis est. Quare ergo dixi: Secundum suum modum? Audite quare. Quoniam est quaedam immortalitas vera, immortalitas quae est omnimoda incommutabilitas: de qua dicit Apostolus loquens de Deo: *Qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem; quem nemo hominum vidit, sed nec videre potest: cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen* (1 Tim 6,16). Si ergo Deus solus habet immortalitatem, certe anima mortalis est. Ecce quare dixi immortalem esse animam secundum modum suum. Nam potest et mori. Intellegat Caritas vestra, et nulla quaestio remanebit. Audeo dicere, anima potest mori, potest occidi. Certe immortalis est. Ecce audeo dicere: et immortalis est, et potest occidi; et ideo dixi quoniam est quaedam immortalitas, hoc est, omnimoda incommutabilitas, quam solus Deus habet, de quo dictum est: *Qui solus habet immortalitatem.* Nam si anima non potest occidi, quomodo dixit ipse Dominus cum terreret nos: *Eum timete, qui potestatem habet et corpus et animam occidere in gehenna?*

Caput IV.—5. *Quomodo mori anima potest. Vita animae, Deus.*—Adhuc confirmavi, non solvi quaestionem. Probavi quia potest anima

[1] Es habitual en él esta forma de hablar. Cómo el alma es mortal e inmortal al mismo tiempo, puede verse en las *Cartas* 166,2,3; 143,7 y 202 A,8,17.

Y sólo un alma impía puede contradecir al Evangelio. Pero aquí aparece y me viene a las mientes lo que diré. Sólo un alma muerta puede contradecir a la vida. El Evangelio es vida, y la impiedad o infidelidad es la muerte del alma. He ahí cómo puede morir, aun siendo inmortal. Pues ¿cómo es inmortal? Porque siempre hay una vida que en ella nunca se extingue. ¿Y cómo muere? No dejando de ser vida, sino perdiendo la vida. Porque el alma es vida para otro elemento y ella misma tiene su vida. Considera el orden de las criaturas. Vida del cuerpo es el alma; vida del alma es Dios. Así como el cuerpo tiene una vida, esto es, un alma, para no morir, así el alma ha de tener una vida, es decir, Dios, para no morir. ¿Cómo muere el cuerpo? Al ausentarse el alma. Ausentándose el alma, repito, muere el cuerpo, y queda un cadáver, antes apetecible, ahora despreciable. Tiene miembros, ojos, oídos; pero son ventanas de la casa, el morador se ha ausentado. Quien lamenta al muerto, en vano clama a las ventanas de la morada: dentro no hay nadie que oiga. ¿Cuántas cosas dice la pasión del que lamenta, cuántas cosas enumera, cuántas conmemora, y con cuánto transporte de dolor, por decirlo así, habla como si el muerto sintiera, cuando habla a un ausente? Enumera las costumbres y los indicios de benevolencia que le mostraba: tú eres quien me diste aquello, quien me ofreciste esto y lo otro, quien me amabas así y así. Pero si atiendes, si entiendes, si dominas tu transporte de dolor, el que te amaba se fue; en vano insistes llamando a la casa, en la que no hallarás al morador.

occidi. Contradici Evangelio non potest, nisi ab anima impia. Ecce mihi occurrit et hic, et venit in mentem quod dicam. Contradici non potest vitae, nisi ab anima mortua. Evangelium vita est, impietas et infidelitas mors animae est. Ecce potest mori, et immortalis est. Quomodo ergo immortalis est? Quia semper aliqua vita est, quae in illa nunquam exstinguitur. Quomodo moritur? Non ut non sit vita, sed amittendo vitam. Etenim anima et vita est alicui rei, et habet etiam ipsa vitam suam. Ordinem attende creaturarum. Vita corporis anima est: vita animae Deus est. Sicut adest vita corpori, id est, anima, ne moriatur corpus: sic debet adesse vita animae, hoc est, Deus, ne moriatur anima. Corpus quomodo moritur? Anima deserente. Anima, inquam, deserente moritur corpus: et iacet cadaver paulo ante appetibile, modo aspernabile. Insunt membra, oculi, aures: sed hae fenestrae sunt domus, habitator abscessit. Qui plangit mortuum, ad fe[429]nestras habitaculi frustra clamat: non est intus qui audiat. Quanta dicit plangentis affectus, quanta enumerat, quanta commemorat; et per quantam, ut ita dixerim, doloris insaniam quasi cum sentiente loquitur, cum loquatur cum absente? Enumerat mores, enumerat indicia benevolentiae circa se. Tu es qui mihi illud dedisti; illud et illud praestitisti: tu es qui sic et sic me dilexisti. Si attendas, si intellegas, si insaniam doloris premas, qui te dilexit abscessit: frustra te domus patitur pulsatorem, in qua non potes invenire mansorem.

6. Volvamos al asunto que poco ha planteé. Ha muerto el cuerpo. ¿Por qué? Porque se fue su vida, esto es, su alma. Vive el cuerpo, pero es impío, infiel, duro para creer, férreo para corregir sus costumbres; viviendo el cuerpo ha muerto el alma, por la que el cuerpo vive. Tan gran cosa es el alma, que, aun muerta, es capaz de dar vida al cuerpo. Repito, tan gran cosa es el alma, tan excelente criatura, que, aun muerta, es capaz de vivificar la carne. Porque el alma misma de un impío, el alma de un infiel, perverso y duro, está muerta; y, no obstante, por esa muerta vive el cuerpo. Por eso está ahí: mueve las manos para obrar, los pies para andar, dirige la mirada para ver, orienta los oídos para oír; juzga los sabores, rechaza los dolores, apetece los placeres. Todos éstos son indicios de un cuerpo vivo, mas por la presencia del alma. Pregunto al cuerpo si vive, y me responde: Me ves andar, trabajar, hablar, apetecer y rechazar, y ¿no entiendes que el cuerpo vive? Por esas obras de un alma que está dentro, entiendo que el cuerpo vive. Y pregunto al alma misma si vive. También ella tiene obras propias, en las que revela su vida. Si andan los pies, entiendo que el cuerpo vive, mas por la presencia del alma. Y yo pregunto si el alma vive. Estos pies caminan. Pero en una dirección. Pregunto al cuerpo y al alma acerca de la vida. Caminan los pies, y entiendo que el cuerpo vive. ¿Pero adónde caminan? Dice que al adulterio. Entonces está muerta el alma. Así lo dijo la veracísima Escritura: *Muerta está la viuda que vive*

CAPUT V.—6. *Mors tum corporis, tum animae quibus indiciis cognoscitur.*—Redeamus ad causam quam paulo ante dicebam. Mortuum est corpus. Quare? Quia discessit vita eius, hoc est, anima. Vivit corpus, et impius est, infidelis est, ad credendum durus, ad corrigendos mores ferreus: vivente corpore mortua est anima, per quam corpus vivit. Tanta enim res est anima, ut idonea sit vitam praestare corpori etiam mortua. Tanta, inquam, res est anima, tam excellens creatura, ut idonea sit etiam mortua carnem vivificare. Nam ipsa anima impii, anima infidelis, anima perversi, duri, mortua est: et tamen per ipsam mortuam vivit corpus. Ideo ibi est: movet ad operandum manus, ad ambulandum pedes, ad videndum intendit obtutum, ad audiendum auribus inclinatur; sapores diiudicat, dolores refugit, appetit voluptates. Omnia haec corporis viventis indicia, sed ex animae praesentia. Interrogo corpus, an vivat. Respondet mihi: Vides ambulantem, vides operantem, audis loquentem, cernis appetentem et fugientem, et non intellegis corpus vivere? Per haec opera animae intus constitutae, intellego corpus vivere. Et interrogo ipsam animam, an vivat. Habet et ipsa opera sua, per quae ostendat vitam suam. Pedes ambulant, intellego corpus vivere, sed animae praesentia. Quaero, utrum vivat anima. Pedes isti ambulant. Ecce de uno motu. De vita interrogo corpus et animam. Ambulant pedes, intellego corpus vivere. Sed quo ambulant? Ad adulterium, inquit. Ergo mortua est anima. Sic enim veracissima Scriptura dixit: *Mortua est vidua quae in deliciis vivit*

en delicias. Y ya que hay tanta diferencia entre delicias y adulterio, ¿cómo puede un alma, que en las delicias ya está muerta, vivir en el adulterio? Está muerta. Aunque siga obrando, está muerta. Oigo que habla, su cuerpo vive. No se movería la lengua en la boca, ni dirigiría esos sonidos articulados a distintos puntos, si no estuviese dentro el morador; es para ese órgano como un músico que utilizase su lengua. Lo entiendo perfectamente. De ese modo habla el cuerpo, el cuerpo vive. Pero yo pregunto si el alma vive. Habla el cuerpo, es que vive. ¿Y qué dice? Antes me referí a los pies: caminan, es que vive el cuerpo; y preguntaba yo: ¿Adónde caminan?, para saber si el alma estaba viva. Así ahora, al oír que habla, veo que el cuerpo vive y pregunto qué dice para saber si el alma vive. Dice una mentira. Si dice una mentira, el alma está muerta. ¿Cómo lo pruebo? Preguntemos a la misma Verdad; ésta dice: *La boca que miente, mata al alma.* Pregunto ahora: ¿Por qué está muerta el alma? Poco ha me preguntaba por qué estaba muerto el cuerpo. Porque se ha ido el alma, su vida. ¿Por qué está muerta el alma? Porque la ha abandonado su vida, Dios.

7. Al reconocer esto brevemente, sabed y tened por cierto que el cuerpo está muerto sin el alma, y que el alma está muerta sin Dios. Todo hombre sin Dios tiene muerta el alma. ¿Lloras a un muerto? Llora mejor al pecador, llora al impío, llora al infiel. Escrito está: *El luto de un muerto, siete días; el del fatuo e impío, todos los días de su vida.* ¿No tienes acaso vís-

(1 Tim 5,6). Cum multum intersit inter delicias et adulterium, quomodo potest anima, quae in deliciis mortua dicitur, in adulterio vivere? Mortua est. Sed nec sic quidem agens mortua est. Loquentem audio, vivit corpus. Non enim lingua in ore moveretur, et percuteret quibusque locis articulares sonos, nisi intus habitator esset; et quasi ad hoc organum musicus, qui lingua sua uteretur. Prorsus intellego. Hoc modo corpus loquitur, corpus vivit. Sed interrogo, utrum et anima vivat. Ecce loquitur corpus, vivit. Quid loquitur? Quomodo dicebam de pedibus: Ambulant, ecce vivit corpus; et quaerebam: Quo ambulant? ut intellegerem utrum et anima viveret: sic etiam cum audio loquentem, intellego quia corpus vivit; quaero quid loquatur, utrum et anima vivat. Mendacium loquitur. Si mendacium loquitur, ergo mortua est. Unde hoc probamus? Ipsam veritatem interrogemus, quae ait: *Os quod mentitur, occidit animam* [430] (Sap 1,11). Quaero, Quare mortua est anima? Quod paulo ante dicebam, quaero: Quare mortuum est corpus? Quia discessit vita eius anima. Quare mortua est anima? Quia deseruit eam vita eius Deus.

Caput VI.—7. *Mors animae lugenda et timenda magis quam mors corporis.*—Breviter ergo his cognitis, scitote certumque tenete, corpus mortuum esse sine anima: animam mortuam esse sine Deo. Omnis homo sine Deo mortuam habet animam. Plangis mortuum: plange peccatorem magis, plange impium, plange infidelem. Scriptum est: *Luctus mortui, septem dies; fatui autem et impii, omnes dies vitae illorum* (Eccli 22,13).

ceras de cristiana misericordia, y lloras a un cuerpo del que se ausentó el alma, y no lloras a un alma de la que se retiró Dios? Firme en esto, el mártir replica al verdugo: ¿Por qué me obligas a negar a Cristo? ¿Quieres obligarme a negar la Verdad? Y si me niego, ¿qué me harás? Hieres mi cuerpo, para que se retire de él el alma; pero esa alma mía tiene consigo el cuerpo. No es imprudente, no es tonta. Tú quieres herir mi cuerpo: ¿Quieres, que al temer que hieras mi cuerpo, y se retire de él mi alma, hiera yo mi alma y se retire de ella mi Dios? Por lo tanto, ¡oh mártir!, no temas la espada del sayón. Teme a tu lengua, no sea que te hieras a ti mismo, y mates no la carne, sino el alma. Teme al alma, no sea que muera en la gehena de fuego.

8. Por eso dijo el Señor: *Quien tiene potestad de matar el cuerpo y el alma en la gehena de fuego.* ¿Cómo? Cuando el impío sea arrojado a la gehena, ¿arderán allí el cuerpo y el alma? La muerte del cuerpo es la pena eterna; la muerte del alma es la ausencia de Dios. ¿Deseas saber cuál es la muerte del alma? Escucha al profeta que dice: *Sea arrebatado el impío, para que no vea la claridad del Señor.* Tema, pues, el alma su muerte y no tema la muerte de su cuerpo. Pues si teme su muerte y vive en su Dios, no ofendiéndole ni alejándole de ella, merecerá al final recobrar su cuerpo; y no para una pena eterna, como el impío, sino para una vida eterna, como el justo. Los mártires, temiendo esa muerte, amando esa vida,

An vero non in te sunt viscera miserationis christianae, ut plangas corpus a quo recessit anima, et non plangas animam a qua recessit Deus? Hoc tenens martyr respondeat comminatori: Quid me cogis, ut negem Christum? Cogis ergo ut negem veritatem? Si noluero, quid facis? Percutis corpus meum, ut recedat inde anima mea: sed ipsa anima mea ad se habet corpus. Non est imprudens, non est insipiens. Tu vis ferire corpus meum: vis ut, cum timeo ne ferias corpus meum, et recedat inde anima mea, ego feriam animam meam, et recedat inde Deus meus? Non ergo timeas, martyr, gladium percussoris: linguam tuam time, ne tu te percutias, et occidas non carnem, sed animam. Animam time, ne moriatur in gehenna ignis.

CAPUT VII.—8. *Corporis et animae mors aeterna, quae sit.*—Inde ergo Dominus: *Qui habet potestatem et corpus et animam occidere in gehenna ignis* (Mt 10,28). Quomodo? quando mittetur in gehennam impius, ardebit ibi corpus, ibi anima? Mors corporis, sempiterna poena: mors animae, Dei absentia. Vis nosse quae sit mors animae? Intellege prophetam dicentem: *Tollatur impius, ut non videat claritatem Domini* (Is 26,10). Timeat ergo anima mortem suam, et non timeat mortem corporis sui. Quia si timuerit mortem suam, et vixerit in Deo suo, non eum offendendo et a se repellendo, merebitur in fine recipere corpus suum; non ad poenam aeternam, sicut impii; sed ad vitam aeternam, sicut iusti. Illam mortem timentes, et illam vitam martyres diligentes, promissa Dei

esperando las promesas de Dios, despreciando las amenazas de los perseguidores, merecieron ser ellos coronados ante Dios, y a nosotros nos dejaron estas solemnidades que celebramos.

SERMON 65 A (= Etaix 1)

Tema: El amor a los padres (Mt 10,37).

Lugar: Desconocido.

Fecha: Quizá en los años 414-418.

1. Al exhortarnos el Señor a su amor, comenzó citando a aquellas personas que con razón amamos, diciendo: *Quien amare a su padre o a su madre más que a mí, no es digno de mí.* Pues si no es digno de Cristo quien antepone su padre a Cristo, ¿cómo será digno de Cristo un solo adarme quien antepone el oro a Cristo? Hay en el mundo cosas que son malamente amadas, y al ser mal amadas en el mundo, hacen al amador inmundo. Gran inmundicia del alma es el amor ilícito, ese peso que agrava a quien desea volar. Porque cuanto levanta al alma al cielo un amor justo y santo, tanto la abate al fondo un amor injusto e inmundo. Hay un peso propio que lleva a cada uno adonde debe, y es su amor. No le lleva adonde no debe, sino adonde debe. Y así, quien bien ama es llevado a

exspectantes, minas persecutorum contemnentes, et ipsi apud Deum coronari meruerunt, et nobis celebranda illa solemnia reliquerunt.

SERMO LXV A (Etaix 1)

[RB 86 (1976) **41]**

(Mt 10,37)

1. Exhortans nos Dominus ad dilectionem suam ab earum personarum commemoratione coepit quas iuste diligimus. *Qui dilexerit,* inquit, *patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus* (Mt 10,37). Si ergo non est dignus Christo qui patrem praeponit Christo, quomodo dignus est aliquo vestigio Christi qui aurum praeponit Christo? Sunt enim quae male amantur in mundo, et cum male amantur in mundo amatorem faciunt immundum. Magnum inquinamentum est animae amor illicitus et pondus premens uolare cupientem. Nam quantum amor iustus et sanctus in superna animum rapit, tantum iniustus et immundus ad ima demergit. Est unicuique ut feratur quo debet pondus proprium amor suus. Non enim fertur quo non debet, sed quo debet. Qui uero bene amat efferetur ad quod amat, et ubi erit nisi ubi est bonum quod amat? Quo enim praemio

lo que ama, y ¿adónde, sino adonde está ese bien que ama? ¿Con qué premio, por tanto, nos exhorta el Señor Cristo a que le amemos, sino con el cumplimiento de lo que pide al Padre: *Quiero que donde esté yo, estén también éstos conmigo?* ¿Quieres estar donde está Cristo? Ama a Cristo y con ese peso serás arrebatado al lugar de Cristo. No te dejará caer al fondo una fuerza que tira y arrebata hacia arriba. No busques otros andamios para subir hacia arriba: amando te esforzarás, amando serás arrebatado y amando llegarás. Te esfuerzas cuando peleas con un amor inmundo; eres arrebatado cuando vences; llegas cuando eres coronado. *¿Quién me dará,* dijo cierto amador, *alas como de paloma y volaré y descansaré?* Aún buscaba alas, aún no las tenía, y por eso gemía; aún no se regocijaba, aún peleaba, aún no era arrebatado.

2. Nos circunda el murmullo de los inicuos amores. Por doquier solicitan y retienen al que quiere volar, por doquier las cosas visibles como que nos obligan a que las amemos. No nos obliguen, sin embargo; si las entendemos, las vencemos. Hermoso es el mundo; nos halaga con la variedad de su multíplice hermosura. No es posible contar cuántas cosas sugiere cada día el amor ilícito. Y ¡cuán simple es el amor con que es superada tanta multiplicidad! Para que tantos amores sean superados necesitamos un solo amor: uno bueno contra todos los malos. Porque la unidad supera a la variedad, y la caridad a la concupiscencia. Decía aquél: *quién me dará alas,* pues quería tener con qué volar al sosiego; ni en los que en este mundo se llaman bienes encontraba reposo quien amaba otra

exhortatur nos Dominus Christus ut amemus eum, nisi ut impleatur quod petit a Patre: *Volo ut ubi ego sum et isti sint mecum?* (Io 17,24). Vis esse ubi Christus est? Ama Christum et hoc pondere raperis ad locum Christi. Nec te ad ima permittit res quae sursum trahit uel rapit. Nullas alias sursum eundi machinas quaeras: amando niteris, amando raperis, amando peruenis. Niteris enim quando cum immundo amore luctaris; **[42]** raperis quando uincis; peruenis quando coronaris. *Quis dabit mihi pennas,* ait amator quidam, *sicut columbae et uolabo et requiescam?* (Ps 54,7). Pennas adhuc quaerebat, nondum habebat, et ideo gemebat; nondum gaudebat, adhuc luctabatur, nondum rapiebatur.

2. Circumstant ergo murmura iniquorum amorum. Undique sollicitant et retentant uolare cupientem, undique uisibilia quasi cogunt se amari. Sed non cogant, intellegantur, ut uincentur. Speciosus est mundus, multiplicis speciei uarietate blanditur. Numerari non possunt quanta cotidie suggerat amor illicitus. Quam simplici amore multiplex superatur! Ut multi amores superentur, unus amor est necessarius; unus bonus contra omnes malos. Unitas enim uincit uarietatem et caritas cupiditatem. Dicebat ille: *Quis dabit mihi pennas,* uolens habere unde uolaret ad requiem, quia nec in his bonis quae bona dicuntur in hoc mundo requiem habebat qui aliud amabat. Amator patriae amarum habet etiam deliciosum exilium

cosa. A un amador de la patria le sabe amargo un delicioso destierro entre tantas cosas que le incitan a amarlas. Gran pena es no tener lo que amas. Y no tienes lo que amas; tienes lo que puedes amar, pero aún no tienes lo que ya comenzaste a amar. ¿Qué tienes que puedas amar si falta lo que se ama? Tormento del corazón es amar y no tener. Por ejemplo, ama alguien a la patria, y tiene dinero. Que no ame el dinero por amor a la patria. Si en la peregrinación amase el dinero para tenerlo en abundancia, quizá el mismo dinero retardara e impidiera el regreso. Di lo que quieras, impide el regreso. Si sólo esto se consigue, es suficiente y se considera superfluo todo lo demás, que no ayuda a alcanzar aquello que se ama. Y si le dijeran: el dinero te ayuda para que puedas llegar a la patria, lo tomaría, lo cuidaría, lo apetecería; pero no por él. ¿Le ayuda la nave? Le apetecería, pero no por la nave. Ayudan los marineros, ayuda el timonel, ayuda quien aprovisiona la alforja; todo eso se acepta, se apetece, pero no por ello; una cosa sola se ama, lo demás se acepta. Y se acepta para poder llegar a aquello que se ama.

3. ¿Pensamos poder decir: *Una sola cosa pedí al Señor?* Digámoslo, digámoslo si podemos, como podamos, en cuanto podamos. Mirad cuán feliz es el corazón que usa esa fórmula interiormente, allí donde oye sólo aquel a quien se dice; pues muchos dicen fuera lo que no tienen dentro; se glorían en la cara y no en el corazón. Vea, pues, cada cual cuán feliz es el corazón que dice interiormente, allí donde sabe lo que dice:

inter multa quae se amari suadent. Magna poena est non habere quod amas. Sed non habes quod amas; habes quod amare possis, sed non habes quod iam amare coepisti. Quid adest quod amari possit si abest quod amatur? Cruciatus cordis est amare et non habere. Exempli gratia: Amat aliquis patriam, habet pecuniam. Pro amore patriae non amet pecuniam. Si amaret pecuniam in peregrinatione, quae peregrinanti habundaret, ipsa forte pecunia detineret, reditum impediret. Dic quidquid uis, reditum impedit. Illud unum uero si adsit sufficit, cetera superflua deputantur quae non adiuuant ad perueniendum eo quod amatur. Porro autem si ei diceretur: Adiuuat te pecunia ut possis ad patriam remeare, assumeret, assisteret, appeteret, sed non propter ipsam. Adiuuat te nauis, appeteret, sed non propter nauem. Adiuuant nautae, adiuuat gubernator, adiuuat qui sitarciam imponit: assumuntur haec, appetuntur haec, sed non propter seipsa. Cetera assumuntur, unum amatur. Cetera ad hoc assumuntur ut ad hoc perueniatur ad id quod amatur.

3. Putamusne possumus dicere: *Unam petii a Domino?* Iam dicamus, dicamus si possumus, dicamus ut possumus, quantum possumus. Videte quam felix sit cor iam utens ista uoce intus ubi solus audit cui dicitur, nam multi dicunt foris quod non habent intus quia in facie gloriantur et non in corde. Hoc uideat ergo unusquisque quam felix sit cor quod

Una sola cosa pedí al Señor, ésta recabaré. ¿Y cuál es ella? Dice que es una sola cosa o petición. ¿Cuál es? *Habitar en la casa del Señor todos los días de mi vida y contemplar la delectación del Señor.* Esta es la única cosa, pero ¡qué buena! Pondérala frente a muchas otras. Si ya tienes algún gusto, si ya te intriga ella algo, si ya aprendiste a calentarte con un santo deseo, pésala frente a muchas otras cosas, instala la balanza de la justicia, pon en un platillo el oro, la plata, las piedras preciosas, honores, dignidades, potestades, noblezas, alabanzas humanas (¿cuándo mencionaré todas?), coloca todo el mundo; mira si tienes alguna contemplación, mira si puedes colocar esas dos realidades, aunque sólo sea para el examen: todo el mundo, y el Creador del mundo.

3. ¿Y de dónde salió Pablo, antes Saulo, es decir, primero soberbio y después humilde? Cuando era Saulo, su nombre venía de Saúl [2].Y Saúl fue un rey soberbio; en su reino perseguía al humilde David. Cuando era Saulo, el que luego fue Pablo, era soberbio, perseguidor de inocentes, devastador de la Iglesia. Recogió cartas de los sacerdotes, como ardiendo de celo por la sinagoga y persiguiendo el nombre cristiano, para arrastrar a todos los cristianos que pudiera hallar a sufrir el suplicio. Y cuando caminaba, cuando ansiaba matar, cuando olfateaba la sangre, fue postrado por la voz celeste de Dios el perseguidor y se alzó como predicador. En él se cumplió lo que está escrito en el profeta: *Yo heriré y yo sanaré*. Dios hiere lo que en el hombre se levanta contra Dios. No es cruel el médico cuando abre un tumor, cuando corta o quema lo podrido. Produce dolor, interviene, pero para llevar a la salud. Es molesto; pero, si no lo fuese, tampoco sería útil. Así Cristo con una voz postró a Saulo y erigió a Pablo. ¿Cuál fue la razón del cambio de nombre, ya que antes se llamaba Saulo y después Pablo, sino el que reconocía el nombre de Saulo en sí mismo, nombre de soberbia, cuando era perseguidor? Eligió, pues, un nombre humilde, llamándose

quos ante praescivit. Non enim damnata illa plebs est, sed ventilata. Ibi erat paleae multitudo, ibi granorum occulta dignitas: ibi quod incenderetur, ibi unde horreum repleretur. Nam unde Apostoli nisi inde? unde Petrus? unde ceteri?

3. *Saulus in Paulum mutatus. Ratio mutati nominis Sauli in Pauli.*— Unde ipse Paulus, primo Saulus? hoc est, primo superbus, post humilis. Nam quando Saulus, a Saüle nomen derivatum erat. Saül autem rex superbus: in regno autem David humilem persequebatur (1 Reg 18-24). Quando ergo Saulus, qui postea Paulus, tunc utique superbus, tunc persecutor innocentium, tunc vastator Ecclesiae. Acceperat enim litteras (velut zelo Synagogae ardens, et insequens christianum nomen) a sacerdotibus, ut exhiberet quoscumque invenisset christianos ad luenda supplicia. Cum pergit, cum anhelat caedes, cum sitit sanguinem, caelesti Christi voce prostratus est persecutor, erectus est praedicator (Act 9). Impletum in illo quod scriptum est in propheta: *Ego percutiam, et ego sanabo* (Deut 32,39). Hoc enim percutit Deus, quod se in homine extollit adversus Deum. Non est impius medicus, qui tumorem ferit, qui putredinem secat aut urit. Dolorem ingerit: ingerit, sed ut perducat ad sanitatem. Molestus est: sed nisi esset, utilis non esset. Prostravit ergo Christus una voce Saulum, erexit Paulum: hoc est, prostravit superbum, erexit humilem. Nam quae fuit ratio mutandi sibi nominis, ut cum Saulus antea vocaretur, postea se

[2] Sobre las etimologías véase la Nota complementaria 12: *Las etimologías* vol.VII p.747.

Pablo, esto es, mínimo. Paulo significa pequeño. Gloriándose ya de este nombre y recomendando la humildad, dijo: *Soy el mínimo de los Apóstoles.* ¿Y de dónde era, de dónde era éste, sino del pueblo de los judíos? De él eran los otros apóstoles, de él era Pablo, de él eran los que el mismo Pablo recomienda, porque habían visto al Señor después de la resurrección. Dice que le habían visto *casi quinientos hermanos juntos, de los cuales muchos viven aún y algunos han muerto.*

4. Eran también de aquel pueblo aquellos que, al hablar Pedro, exaltando la pasión, resurrección y divinidad de Cristo, al recibir el Espíritu Santo, cuando todos aquellos sobre los que descendió el Espíritu Santo hablaron los idiomas de todas las naciones, quedaron apesadumbrados de espíritu: eran oyentes del pueblo de los judíos y pedían consejo para su salvación, entendiendo que eran reos de la sangre de Cristo; ellos le habían crucificado y matado, pero veían que en el nombre del muerto se hacían tantos milagros y veían la presencia del Espíritu Santo.

Pidiendo consejo recibieron la respuesta: *Haced penitencia, y que cada uno de vosotros se bautice en el nombre de nuestro Señor Jesucristo y os serán perdonados vuestros pecados.* ¿Quién perderá la esperanza de que se le perdonen los pecados, cuando se perdonó el crimen de matar a Cristo? Eran del mismo pueblo de los judíos y se convirtieron; se convirtieron y fueron bautizados. Se acercaron a la mesa del Señor y bebieron con fe

Paulum dici vellet; nisi quia Sauli nomen in se agnovit, cum persequeretur, fuisse superbiae? Elegit ergo humile nomen, ut Paulus, hoc est «minimus», vocaretur. Paulum enim, minimum est. Paulum nihil aliud est, quam parvum. De quo nomine iam glorians, humilitatemque commendans: *Ego,* inquit, *sum minimus Apostolorum* (1 Cor 15,9). Unde ergo, unde iste, nisi ex populo Iudaeorum? Inde alii Apostoli, inde Paulus, inde quos commendat idem Paulus, quod viderint Dominum post resurrectionem. Dicit enim eum visum ferme *a quingentis fratribus simul, ex quibus plures manent usque adhuc, quidam autem dormierunt* (ib., 6).

4. *Iudaei audito Petro conversi. Oves ad quas Christus missus est.*— Ex illo autem populo etiam illi, qui, cum Petrus loqueretur, commendans passionem, resurectionem divinitatemque Christi, accepto Spiritu sancto, quando illi omnes, in quos venit Spiritus sanctus, linguis omnium gentium sunt locuti, compuncti spiritu, qui audiebant ex populo Iudaeorum, quaesierunt consilium salutis suae, intellegentes se reos sanguinis Christi: quod eum ipsi crucifixerint, ipsi occiderint, in cuius nomine occisi a se viderent tanta miracula fieri, viderent Spiritus sancti praesentiam.

Caput III.—Quaerentes ergo consilium, responsum acceperunt: *Agite paenitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi;* **[485]** *et dimittentur vobis peccata vestra* (Act 2,38). Quis desperaret sibi donanda peccata, quando crimen occisi Christi reis donabatur? Conversi sunt ex ipso populo Iudaeorum: conversi sunt, baptizati

la sangre que habían derramado con furor. Y cómo se convirtieron, cuán total y perfectamente, lo indican los Hechos de los Apóstoles. Porque vendieron todo lo que poseían y depositaron el precio de la venta a los pies de los Apóstoles; y se distribuía a cada uno según lo que necesitaba; y nadie llamaba propio a nada, sino que todas las cosas les eran comunes. Como está escrito: *Tenían una sola alma y un solo corazón dirigido a Dios.* Estas son las ovejas de las que dijo: *No he venido enviado sino a las ovejas que perecieron de la casa de Israel.* A ellas manifestó su presencia, y al ser crucificado, oró por ellas, que se ensañaban, diciendo: *Padre, perdónalos, pues no saben lo que hacen.* El médico veía a los frenéticos que mataban al médico, perdida la razón, y al matar al médico sin saberlo, se propinaban una medicina. Pues con ese Señor muerto nos hemos curado todos, redimidos con su sangre, liberados del hambre con el pan de su cuerpo. Esa presencia manifestó Cristo a los judíos. Y por eso dijo: *No he sido enviado sino a las ovejas que perecieron de la casa de Israel.* Quería, pues, manifestarles la presencia de su cuerpo, pero no desdeñar o marginar a las ovejas que tenía entre los gentiles.

5. El no fue a los gentiles por sí mismo, pero envió a sus discípulos. Y entonces se cumplió lo que dijo el profeta: *Un pueblo, al que no conocía, me sirvió.* ¡Vez cuán alta, evidente y clara profecía! *Un pueblo, al que no conocía, me sirvió,* esto es, un pueblo al que no manifesté mi presencia, *me sirvió.*

sunt. Ad mensam Domini accesserunt, et sanguinem quem saevientes fuderunt, credentes biberunt. Quemadmodum autem sint conversi, quam plane atque perfecte, indicant Actus Apostolorum. Nam omnia quae possidebant, vendiderunt, atque pretia rerum suarum ad pedes Apostolorum posuerunt; et distribuebatur unicuique sicut opus cuique erat: et nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia (cf. Act 4,34-35). *Et erat illis,* sicut scriptum est, *anima una et cor unum in Deum* (ib., 32). Ecce sunt oves de quibus dixit, *Non sum missus, nisi ad oves quae perierunt domus Israel* (Mt 15,24). Illis enim exhibuit praesentiam suam, pro illis in se saevientibus crucifixus oravit, dicens: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* (Lc 22,34). Intellegebat medicus phreneticos mente perdita medicum occidentes, et occidendo medicum nescientes, sibi medicamentum facientes. De Domino enim occiso omnes curati sumus, illius sanguine redempti, pane illius corporis a fame liberati. Hanc ergo praesentiam Christus Iudaeis exhibuit. Hoc ergo ait, *Non sum missus, nisi ad oves quae perierunt domus Israel* (Mt 15,24): ut illis praesentiam sui corporis exhiberet; non ut oves quas habebat in Gentibus, contemneret et praeteriret.

Caput IV.—5. *Ad gentes Christus non missus est, sed misit.*—Ad Gentes enim ipse non ivit, sed discipulos misit. Et illic impletum est quod propheta dixit: *Populus quem non cognovi, servivit mihi.* Videte quam alta, quam evidens, quam expressa prophetia: *Populos quem non*

¿Cómo? Continúa: *Con el oído de la oreja me escuchó*, esto es, creyeron, no por la vista, sino por el oído. Por eso es mayor la alabanza de los gentiles. Los judíos vieron y asesinaron; los gentiles oyeron y creyeron. Y ese Pablo apóstol fue enviado a llamar y reunir a los gentiles, para que se cumpliera lo que acabamos de cantar: *Congréganos de entre los gentiles, para que confesemos tu nombre y nos gloriemos en tu alabanza.* El mínimo fue engrandecido, no por sí mismo, sino por aquel a quien perseguía y fue enviado ese apóstol mínimo, trabajó mucho entre los gentiles y por él creyeron. Sirven de testimonio sus epístolas.

6. Esto lo expresa una figura sagrada que tienes en el Evangelio. Cierta hija de un archisinagogo había muerto y su padre rogaba al Señor que fuera a visitarla, pues la había dejado enferma y en peligro de muerte. Iba el Señor a visitar y curar a la enferma; pero en el camino se le anunció al padre que había muerto y se le dijo: *La niña ha muerto, no molestes ya al maestro.* Mas el Señor, que sabía que podía resucitar a los muertos, no quitó la esperanza al padre desesperado y le dijo: *No temas, basta que creas.* Iba hacia la niña; pero en el camino, entre las turbas, como pudo se deslizó una mujer que padecía flujo de sangre y en su ya larga enfermedad había gastado en médicos y en vano todo lo que tenía. Al tocar la orla de su vestido, se curó. Y el Señor dijo: *¿Quién me tocó?* Se admiraron los discípulos, ignorando lo sucedido; le veían oprimido

cognovi, id est, cui praesentiam meam non exhibui, *servivit mihi.* Quomodo? Sequitur: *In auditu auris obaudivit mihi* (Ps 17,45): hoc est, non videndo, sed audiendo crediderunt. Ideo Gentium maior laus. Illi enim viderunt, et occiderunt: Gentes audierunt, et crediderunt. Ad Gentes autem vocandas et congregandas, ut impleretur quod modo cantavimus: *Congrega nos de Gentibus, ut confiteamur nomini tuo, et gloriemur in laude tua* (Ps 105,47), ille Paulus apostolus missus est. Minimus ille factus magnus, non per se, sed per eum quem persequebatur, missus est ad Gentes, ex latrone pastor, ex lupo ovis. Missus est ad Gentes ille apostolus minimus, et multum laboravit in Gentibus, et per eum Gentes crediderunt. Testes sunt eius Epistolae.

6. *Filia Archisynagogi, et Haemorrhoissa.*—Habes hoc et in Evangelio sacratissime figuratum. Filia Archisynagogi quaedam defuncta erat, pater eius rogabat Dominum, ut iret ad eam: aegram reliquerat et in periculo constitutam. Ibat Dominus ad visitandam et sanandam aegram: interea mortua nuntiata est, et dictum est patri: *Puella mortua est, noli iam vexare magistrum.* Dominus autem qui sciebat se posse mortuos suscitare, non abstulit spem desperato, et ait patri: *Noli timere, tantum crede.* Pergebat ad puel**[486]**lam: atque in itinere inter turbas, quomodo potuit, coarctavit se quaedam mulier, quae fluxum sanguinis patiebatur, et diuturno illo languore in medicos, frustra omnia quae habebat impenderat. Ubi fimbriam vestimenti eius tetigit, sana facta est. Et Dominus: *Quis me*

por las turbas y que se preocupaba por una que le había tocado ligeramente; le respondieron: *La turba te oprime y dices: «¿Quién me tocó?»* Pero él replicó: *Alguien me tocó.* Los demás oprimen, ésta tocó [3]. Son muchos los que oprimen molestamente el Cuerpo de Cristo, pocos los que lo tocan saludablemente. *Alguien me ha tocado, pues sentí que salía de mí una energía.* Cuando ella se vio descubierta, se arrojó a sus pies y confesó lo sucedido. Después de esto, el Señor siguió, llegó adonde iba y resucitó a la niña, hija del archisinagogo, que estaba muerta.

7. Tal es el suceso, realizado según se cuenta [4]. Con todo, las mismas cosas que el Señor hizo tenían alguna significación; eran como palabras visibles, si podemos hablar así, y significaban algo. Eso se muestra principalmente cuando busca fruto en el árbol fuera de tiempo y, al no encontrarlo, lo maldice y lo esteriliza. Si este suceso no se interpreta como simbólico, parecerá necio; primero, porque se busca fruto en el árbol cuando no es tiempo de que los árboles den fruto; y luego, aunque hubiese sido tiempo de él, ¿qué culpa tenía el árbol *de no tener fruto? Pero se daba a entender que se buscan no* sólo hojas, sino fruto, esto es, no sólo palabras, sino hechos, de

tetigit? Admirantes discipuli qui nesciebant quid esset factum, et videbant eum a turbis comprimi, et de una quae leviter tetigerat fuisse sollicitum, responderunt: *Turba te premit, et dicis: Quis me tetigit?* Et ille: *Tetigit me aliquis.* Nam isti premunt, illa tetigit. Corpus ergo Christi multi moleste premunt, pauci salubriter tangunt. *Tetigit me,* inquit, *aliquis. Ego enim sensi de me virtutem exiisse.* At ubi vidit illa non se latuisse, provoluta est ante pedes eius, et confessa est quid esset factum. Post hac perrexit, pervenitque quo tendebat, et puellam filiam Archisynagogi inventam mortuam suscitavit (Lc 8,41-56).

Caput V.—7. *Res de illis narrata licet vere gesta, tamen figura est.*— Factum quidem est, et ita ut narratur, impletum: sed tamen etiam ipsa, quae a Domino facta sunt, aliquid significantia erant, quasi verba, si dici potest, visibilia et aliquid significantia. Quod maxime apparet in eo quod praeter tempus poma quaesivit in arbore, et quia non invenit, arbori maledicens aridam fecit (cf. Mc 11,13.14). Hoc factum nisi figuratum accipiatur, stultum invenitur: primo, quaesisse poma *in illa* arbore, quando tempus non erat ut essent in ulla arbore; deinde, si pomorum iam tempus

[3] La oposición entre ambos verbos es frecuente en Agustín cuando comenta este pasaje evangélico, como ya apareció en el sermón 61,5.11. Véase, además, los sermones 243,2; 244,3; 245,3, etc.

[4] La verdad histórica de cuanto narra la Escritura es algo indiscutido para Agustín, y la razón de ello es obvia: desde el momento en que se concede que algo es o pueda ser falso, ya nada puede ser considerado como verdadero. Como dice el santo, «entra el gusano de la podredumbre que no deja nada sano» *(Enarración al salmo* 93,19). La realidad histórica, por otra parte, no es obstáculo para que en los hechos se dé un significado espiritual; más aún, es el fundamento del mismo. Lo contrario sería «edificar sobre el aire» *(Sermón* 2,7; Frangipane 1,2).

los hombres. Al esterilizar al árbol en que sólo halló hojas, da a entender la pena de los que pueden hablar cosas buenas, pero no quieren realizarlas. Así también aquí; pues también hay misterio. El que todo lo sabe de antemano, dice: *¿Quién me tocó?* El Creador se hace semejante al ignorante y pregunta el que no sólo sabía esto, sino también todo lo demás de antemano. Algo es, sin duda, lo que Cristo nos dice mediante un símbolo significativo.

8. La hija del archisinagogo significaba al pueblo de los judíos, por el que había venido Cristo, quien dijo: *No he sido enviado sino a las ovejas que perecieron de la casa de Israel.* Y la mujer que padecía flujo de sangre representaba a la Iglesia de los gentiles, a la que Cristo no había sido enviado en cuanto a su presencia corporal. Iba a visitar a la primera, buscando su salud; pero la segunda se interpuso, tocó la orla como si él no se diese cuenta, esto es, queda curada como por un ausente. Mas él dice: *¿Quién me tocó?,* como si dijera: No conozco a ese pueblo. *Un pueblo, al que no conocía, me sirvió. Alguien me tocó, pues he sentido que de mí salía una energía,* es decir, que el Evangelio emitido ha llenado todo el mundo. Es tocada la orla, parte pequeña y extrema del vestido. Haz de los apóstoles como un vestido de Cristo. Pablo era la orla, es decir, el último y mínimo, pues lo dijo él: *Soy el mínimo de los apóstoles.* Fue llamado después de todos, creyó después de todos y curó más que todos. No había sido enviado el Señor sino a las ovejas que

esset, non habere poma quae culpa arboris esset? Sed quia significabat, quaerere se non solum folia, sed et fructum, id est, non solum verba, sed et facta hominum; arefaciendo ubi sola folia invenit, significavit eorum poenam qui loqui bona possunt, facere bona nolunt. Sic ergo et hic. Nam utique myterium est. Praescius omnium dicit: *Quis me tetigit?* (Lc 8,45). Fit imperito similis Creator, et interrogat non solum qui hoc sciebat, sed etiam qui cetera praesciebat. Aliquid est utique, quod nobis significante mysterio loquitur Christus.

8. *Quid illis figuratur.*—Filia illa Archisynagogi significabat populum Iudaeorum, propter quem venerat Christus, qui dixit: *Non sum missus, nisi ad oves quae perierunt domus Israel* (Mt 15,24). Illa vero mulier quae fluxum sanguinis patiebatur, Ecclesiam figurabat ex Gentibus, ad quam Christus per praesentiam corporis non erat missus. Ad illam ibat, illius salutem intendebat: haec intercurrit, tangit fimbriam quasi nescientis, id est, sanatur tanquam ab absente. Dicit ille: *Quis me tetigit?* quasi diceret: «Non novi hunc populum». *Populus quem non cognovi, servivit mihi* (Ps 17,45). «Tetigit me aliquis. Ego enim sensi virtutem de me exisse», id est, Evangelium emissum totum orbem implesse. Tangitur autem fimbria exigua pars vestimenti et extrema. Fac vestem Christi quasi Apostolos. Ibi fimbria Paulus erat: hoc est, extremus et minimus. Nam utrumque de se dixit: *Ego sum minimus Apostolorum* (1 Cor 15,9). Nam post omnes vocatus est, post omnes credidit, plus omnibus sanavit. Non

perecieron de la casa de Israel. Mas ya que el pueblo al que no conocía le iba a servir, y por el oído de la oreja le iba a escuchar, no calló cuando se encontró con él. Por eso dice en otro lugar el mismo Señor: *Tengo otras ovejas que no son de este redil; conviene que también traiga a éstas, para que haya un solo rebaño y un solo pastor.*

9. A éstas pertenecía la mujer y, por eso, no era desdeñada, sino postergada. *No he sido enviado,* dijo, *sino a las ovejas que perecieron de la casa de Israel.* Ella gritando insistía, perseveraba, llamaba, como si hubiese oído: «Pide y recibirás, busca y encontrarás, llama y te abrirán». Reiteró, llamó. Cuando el Señor dijo tales palabras: *Pedid y recibiréis, buscad y encontraréis, llamad y os abrirán,* había dicho antes: *No deis lo santo a los perros, ni arrojéis vuestras perlas ante los puercos, no sea que las pisoteen con sus pezuñas y revolviéndose os destrocen,* es decir, quizá después de despreciar vuestras perlas os causen molestias. No les ofrezcáis, pues, lo que desprecian.

10. Y por si ellos preguntasen: ¿Cómo sabemos quiénes son perros o puercos?, se da la respuesta a la mujer; pues cuando ella insistía, respondió el Señor: *No está bien quitar el pan a los hijos y darlo a los perros.* Tú eres perro, uno de los gentiles, adoras a los ídolos. ¿Hay para los perros cosa más familiar que lamer las piedras? [5] *No está bien quitar el pan a los hijos*

erat missus Dominus, nisi ad **[487]** oves quae perierant domus Israel. Sed quia et populus quem non cognoverat, serviturus erat, in obauditu auris obauditurus erat, nec de illo tacuit ibi constitutus. Ait enim quodam loco idem Dominus: *Habeo alias oves quae non sunt de hoc ovili; oportet me et has adducere, ut sit unus grex et unus pastor* (Io 10,16).

Caput VI.—9. *Chananaeae perseverantia in petendo.*—Inde mulier ista erat: ideo non contemnebatur, sed differebatur. *Non sum,* inquit, *missus, nisi ad oves quae perierunt domus Israel* (Mt 15,24). Et illa clamando instabat, perseverabat, pulsabat, tanquam iam audisset: Pete, et accipe, quaere, et invenies; pulsa, et aperietur tibi (cf. Mt 7,7). Institit, pulsavit. Nam et Dominus quando dixit haec verba: *Petite, et accipietis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis;* supra dixerat: *Nolite sanctum dare canibus, neque proieceritis margaritas vestras ante porcos; ne forte conculcent eas pedibus suis, et conversi disrumpant vos* (Mt 7,7.6): id est, post contemptum margaritarum vestrarum etiam molesti sint vobis. Nolite ergo illis proicere quae contemnunt.

10. *Gentes quare canes.*—Et unde discernimus (tanquam responderent) qui sint porci, qui sint canes? Hoc in ista muliere demonstratum est. Nam illi mulieri instanti respondit hoc: *Non est bonum tollere panem filiorum, et mittere canibus* (Mt 15,26). Canis es, una es ex Gentibus, idola adoras. Quid autem tam familiare canibus, quam lapides lingere? *Non est*

[5] Una vez más Agustín se nos muestra atento observador de cuanto ocurre a su lado.

y darlo a los perros. Si ella se hubiese retirado ante esa respuesta, hubiese venido siendo perro y se hubiese vuelto siendo perro; pero llamando, de perro se convirtió en hombre [6]. Reiteró su petición y, con lo que parecía un insulto, demostró su humildad y alcanzó misericordia. No se alteró, ni se enojó porque, al pedir un beneficio y demandar misericordia, la llamaran perro, sino que dijo: *Así es, Señor*. Me has llamado perro; reconozco que lo soy, acepto mi nombre; habla la Verdad. Pero no por eso he de ser eliminada del beneficio. Aunque soy perro, *también los perros comen de las migajas que caen de la mesa de sus señores*. Deseo un pequeño beneficio; no invado la mesa, sino que recojo las migas.

11. Ved cómo se recomendó la humildad. El Señor la había llamado perro y ella no replicó «no lo soy», sino que dijo «lo soy». Pero el Señor, como ella se reconoció perro, le dijo: *¡Oh mujer, qué grande es tu fe! Sea como lo pediste*. Tú te reconociste perro, y yo ya te reconozco hombre [7]. *¡Oh mujer, qué grande es tu fe!* Pediste, buscaste, llamaste; recibe, encuentra, que te abran. Mirad, hermanos, cómo en esta mujer que era cananea, esto es, que venía de la gentilidad y mantenía el tipo, esto es, la figura de la Iglesia, se recomienda ante todo la humildad. Precisamente el pueblo judío fue rechazado del Evangelio al haberse inflado de soberbia porque había merecido re-

ergo bonum, panem filiorum tollere, et mittere canibus. Illa si recederet post haec verba, canis accesserat, canis abscesserat: sed pulsando, homo facta est ex cane. Institit enim petendo, et ex ipso veluti convicio humilitatem ostendit, misericordiam impetravit. Neque enim commota est, aut succensuit, quod canis appellata fuerit petens beneficium, rogans misericordiam; sed ait: *Ita, Domine:* dixisti me canem; plane canis sum, agnosco nomen meum; Veritas loquitur: sed non ideo a beneficio repellenda sum. Prorsus canis: *sed et canes edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum* (ib., 27). Modicum quoddam et exiguum beneficium desidero: non mensam invado, sed micas quaero.

Caput VII.—11. *Humilitas commendata in Chananaea. Magna contra superbiam medicina, Deus homo*.—Videte quemadmodum humilitas commendata est. Canem illam Dominum dixerat; non dixit: «Non sum»; sed dixit, «Sum». Et Dominus continuo, quia se agnovit canem: *O mulier, magna est fides tua! fiat tibi sicut petisti* (ib., 28). Tu te agnovisti canem, ego te iam agnosco hominem. *O mulier, magna est fides tua!* petisti, quaesisti, pulsasti; accipe, inveni, aperiatur tibi (cf. Mt 7,7). Videte, fratres, quemadmodum in hac muliere quae Chananaea erat, id est, quae de Gentibus veniebat, et typum, hoc est, figuram Ecclesiae gerebat, maxime humilitas commendata est. Etenim gens Iudaea, ut ab Evangelio repellere-

[6] En latín, como en castellano, la palabra *homo* (hombre) significa tanto el varón como la mujer, es decir, la persona humana. De aquí que Agustín pueda decir de Jesús que «nació de hombre», o de la cananea que de perro se convirtió en hombre, como en el caso presente.

[7] Véase la nota anterior.

cibir la Ley, porque de su linaje procedían los patriarcas y profetas, porque Moisés, siervo de Dios, había realizado en Egipto esos grandes milagros que hemos escuchado en el salmo, porque había conducido al pueblo por el mar Rojo, retirándose las aguas, y había recibido la Ley que dio al mismo pueblo. Tenía de qué vanagloriarse el pueblo judío; pero por esa soberbia sucedió que no quiso humillarse ante Cristo, autor de la humildad, cortador del tumor, Dios médico, que por eso se hizo hombre siendo Dios, para que el hombre se reconociese hombre. ¡Qué gran medicina! Si con esta medicina no se cura la soberbia, no sé qué podrá curarla [8]. Es Dios y se hace hombre; margina la divinidad, la secuestra en cierto modo, esto es, oculta lo que era suyo y aparece lo que ha recibido. Se hace hombre, siendo Dios, y el hombre no se reconoce hombre, esto es, no se reconoce mortal, frágil; no se reconoce pecador y enfermo, para buscar, ya que está enfermo, al médico. ¡Y lo que es más peligroso, todavía se cree sano!

12. Aquel pueblo no se acercó por eso, esto es, por la soberbia. Se convirtieron en ramos naturales, pero tronchados del olivo, es decir, del pueblo creado por los patriarcas; así se hicieron estériles en virtud de su soberbia; y en el olivo fue injertado el acebuche. El acebuche es el pueblo gentil. Así dice el Apóstol que el acebuche fue injertado en el olivo, mientras que los ramos naturales fueron tronchados. Fueron

tur, superbia inflata est, quod Legem ac[488]cipere meruisset, quod de ipso gente Patriarchae processerint, Prophetae exstiterint, Moyses Dei servus miracula magna, quae audivimus in Psalmo, in Aegypto fecerit, per mare Rubrum aquis recedentibus populum duxerit, Legem acceperit, quam ipso populo dederit (cf. Ps 105). Erat unde extolleretur gens Iudaea, et per ipsam superbiam factum est ut Christo nollet humiliari auctori humilitatis, repressori tumoris, medico Deo, qui propter hoc, cum Deus esset, homo factus est, ut se homo hominem cognosceret. Magna medicina. Haec medicina si superbiam non curat, quid eam curet nescio. Deus est, et fit homo: seponit divinitatem, id est, quodammodo sequestrat, hoc est, occultat quod suum erat, apparet quod acceperat. Fit ille homo, cum sit Deus: et non se agnoscit homo hominem, id est, non se mortalem agnoscit, non se agnoscit fragilem, non se agnoscit peccatorem, non se agnoscit aegrotum, ut quaerat vel aegrotus medicum! sed quod est periculosius, sanus sibi videtur!

CAPUT VIII.—12. *Iudaeis ob superbiam reiectis, Gentes propter humilitatem in eorum locum suffectae. Magna fides, sicut granum sinapis.*— Ergo propter hoc ille populus non accessit, id est, propter superbiam: et dicti sunt ex arbore oleae, hoc est, de illo populo a Patriarchis creato, fracti rami naturales, id est, Iudaei merito steriles spiritu superbiae; et in illa olea insertus est oleaster. Oleaster populus ex Gentium. Sic dicit Apostolus, quod oleaster insertus sit in olea, rami autem naturales fracti

[8] Posiblemente, alusiones antipelagianas.

cortados por la soberbia, e injertado el acebuche por la humildad. Y esa humildad mostraba la cananea, diciendo: «Eso es, Señor, perro soy, migas deseo». Por esa humildad agradó también al Señor el centurión: deseaba que el Señor curara a su hijo y el Señor le dijo: *Iré y lo curaré.* Pero él respondió: *Señor, no soy digno de que entres bajo mi techo; pero dilo de palabra y curará mi hijo.* No soy digno de que entres bajo mi techo. No le recibía bajo el techo y ya le había recibido en el corazón. Cuanto más humilde era, tanto era más capaz y se hallaba más lleno. Los collados dejan correr el agua, los valles la recogen. Y cuando él dijo: *Señor, no soy digno de que entres bajo mi techo,* ¿qué advirtió el Señor a los que le seguían? *En verdad os digo, no encontré tanta fe en Israel.* ¿Qué significa *tanta?* Tan grande. ¿De dónde procede esa magnitud? De la pequeñez, es decir, lo grande procede de la humildad. *No encontré tanta fe.* Era semejante al grano de mostaza, cuanto más pequeño, tanto más activo. Así injertaba ya el Señor el acebuche en el olivo. Lo realizaba al decir: *En verdad os digo, no encontré tanta fe en Israel.*

13. En fin, atiende a lo que sigue. Puesto que *no encontré tanta fe en Israel,* esto es, tanta humildad con fe, *por eso os digo, que muchos vendrán de oriente y de occidente y se sentarán a la mesa con Abrahán, Isaac y Jacob en el reino de los cielos.* Dice *se sentarán,* esto es, descansarán. No debemos ima-

sint. Illi fracti propter superbiam: insertus oleaster propter humilitatem (cf. Rom 11,17-21). Hanc humilitatem ostendebat mulier, dicens: Ita, Domine, canis sum, micas desidero. In hac humilitate etiam Centurio ille placuit; qui cum desideraret puerum suum a Domino curari, et Dominus diceret: *Ego veniam et curabo eum;* respondit ille: *Domine, non sum dignus qui sub tectum meum intres; sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus* (Mt 8,8). Non sum dignus qui sub tectum meum intres. Tecto non recipiebat, corde receperat. Quanto humilior, tanto capacior, tanto plenior. Colles enim aquam repellunt, valles implentur. Quid deinde, quid ad hoc Dominus, posteaquam dixit: *Non sum dignus qui sub tectum meum intres,* ad eos qui sequebantur, *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel* (ib., 10); id est, in ille populo ad quem veni, *non inveni tantam fidem. Tantam,* quid est? Tam magnam. Unde magnam? De minimo, id est, de humilitate grandem. *Non inveni tantam fidem:* similem grano sinapis, quanto minutiori, tanto ferventiori (cf. Mt 13,31ss). Inserebat ergo iam Dominus oleastrum in oliva. Tunc hoc faciebat, quando dicebat, *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel.*

Caput IX.—13. *Carnalia in regno caelorum non exspectanda. Divitiae hic argumentum indigentiae. Sanitas huius vitae longa aegritudo.*— Denique vide quod sequitur. *Ideo dico vobis* (quia *non inveni tantam fidem in Israel,* id est, tantam cum fide humilitatem): *Ideo dico vobis, quia multi ab oriente et occidente venient, et* **[489]** *recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum* (Mt 8,8.11). *Recumbent,*

ginar manjares carnales, o desear cosas semejantes en el reino, no sea que sustituyamos a las virtudes por vicios, en lugar de suprimirlos. Una cosa es desear el reino de los cielos por la sabiduría y la vida eterna, y otra desearlo por una felicidad terrena, como si allí la tuviéramos más abundante y ampliada. Si piensas que en aquel reino vas a ser rico, no amputas, sino que permutas la cupididad. Cierto que serás rico, y que sólo allí serás rico, puesto que aquí es tu indigencia la que recoge cosas. Una mayor pobreza reúne tesoros que parecen mayores. Allí, en cambio, morirá la misma indigencia. Y serás verdadero rico cuando en nada serás indigente. Porque ahora no eres tú rico y el ángel pobre porque no tiene jumentos, coches y familias. ¿Y por qué? Porque no los necesita; porque cuanto más fuerte es, tanto es menos menesteroso. Allí hay riquezas, auténticas riquezas. No pienses en los manjares de esta tierra. Los manjares de esta tierra son medicinas cotidianas; son necesarios para una cierta enfermedad con la que nacemos [9]. Todos sienten esa enfermedad cuando pasa la hora de comer. ¿Quieres ver qué enfermedad sea esta que, como una fiebre aguda, mata en sólo siete días? No te creas sano. La sanidad es la inmortalidad. Esta es sólo una larga enfermedad. Con las medicinas cotidianas templas tu enfermedad; te crees sano, pero quita las medicinas y verás lo que puedes.

inquit, requiescent. Non enim debemus illic carnales epulas cogitare, aut aliquid tale in illo regno concupiscere, ut non vitia mutemus virtutibus, sed vitia supponamus. Aliud est enim, desiderare regnum caelorum propter sapientiam et vitam aeternam; aliud, propter felicitatem terrenam, quasi illic habeamus eam opulentiorem atque maiorem. Si divitem te in illo regno futurum putas, cupiditatem non amputas, sed mutas: et tamen dives eris, et nonnisi illic dives eris. Nam hic indigentia tua colligit plurima. Quare multum habent divites? Quia multum indigent. Maior indigentia quasi maiores comparat facultates: illic ipsa indigentia morietur. Tunc vere dives eris, quando nullius indigens eris. Non enim tu dives, et angelus pauper, qui non habet iumenta et rhedas et familias. Quare? Quia non indiget: quia quanto fortior, tanto minus indigus. Ergo ibi divitiae, et verae divitiae. Epulas terrae huius non ibi cogites. Epulae enim terrae huius medicamenta quotidiana sunt; aegritudini cuidam nostrae, cum qua nascimur, necessaria sunt. Aegritudinem istam sentit quisquis, cum hora reficiendi transierit. Vis videre quanta aegritudo sit ista, ut tanquam acuta febris, septem diebus necet? Ne te sanum putes. Sanitas immortalitas erit. Nam haec longa aegritudo est. Quia quotidianis medicamentis fulcis morbum tuum; sanus tibi esse videris: detrahe medicamenta, et vide quid potes.

[9] El pensamiento es frecuente. Véase el desarrollo de la idea, aplicada a su vida, en *Confesiones* X, 31,43-47. También *Enarraciones a los Salmos* 102,6; 37,5.

14. Desde que nacemos es ya necesario que muramos [10]. Es necesario que esta enfermedad lleve a la muerte. Cuando los médicos visitan a los enfermos, dicen eso. Por ejemplo, este hidrópico muere; la enfermedad no tiene curación; tiene elefantiasis, y esa enfermedad es incurable; está tísico, ¿quién puede curarle? Necesariamente perecerá, necesariamente morirá. Mira, ya lo dijo el médico, está tísico y tiene que morir. Y aun algunas veces el hidrópico, el elefantíaco y el tísico no mueren de su enfermedad, pero es necesario que quien nace muera de esta enfermedad. Muere de ella, no puede ser de otro modo. Esto lo dicen el médico y el ignorante. Y aunque tarde en morir, ¿dejará de morir? ¿Cuándo, pues, hay auténtica sanidad, sino cuando hay auténtica inmortalidad? Si hay verdadera inmortalidad, no hay corrupción, no hay defección, y para qué servirían los alimentos. Por ende, cuando oyes: *Se sentarán con Abrahán, Isaac y Jacob,* no prepares el vientre, sino la mente. Quedarás satisfecho, pues el vientre interior tiene también sus manjares. Por razón de ese vientre, se dice: *Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque quedarán satisfechos.* Tan satisfechos quedarán, que ya no hambrearán.

15. Ya injertaba al acebuche el Señor cuando decía: *Muchos vendrán de oriente y de occidente y se sentarán con Abrahán, Isaac y Jacob en el reino de los cielos,* es decir, serán

Caput X.—14. *Moriendi necessitas ab ipso exortu. Vera sanitas, immortalitas.*—Nam ex quo nascimur, necesse est ut moriamur. Morbus hic necesse est ut ad mortem perducat. Certe medici quando aegros inspiciunt, hoc dicunt. Verbi gratia: «hydrops est iste, moritur»: hic morbus non potest curari. «Elephantiosus est», nec morbus iste curari potest. «Phthisicus est», quis hoc curat? Necesse est ut pereat, necesse est ut moriatur. Ecce iam dixit medicus: «Phthisicus est, non potest nisi moriatur»; et tamen aliquando et hydrops non inde moritur, et elephantiosus non inde moritur, et phthisicus non inde moritur: et tamen necesse est ut quisquis natus fuerit, inde moriatur. Moritur inde, non potest aliter. Hoc et medicus et imperitus pronuntiat; sed et si tardius moritur, numquid ideo non moritur? Quando ergo vera sanitas, nisi quando vera immortalitas, si ergo vera immortalitas, nulla corruptio, nulla defectio, quid illic alimentis opus erit? Ergo cum audis, *Recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob* (Mt 8,11); non pares ventrem, sed mentem. Impleberis ibi: et ipse interior venter habet cibos suos. Secundum istum ventrem dicitur, *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (ib., 5,6). Et vere saturabuntur, ut non esuriant.

15. *Rami naturales praeciduntur, inseritur oleaster, quare.*—Inserebat ergo iam oleastrum Dominum (cf. Rom 11,17), cum di[490]cebat, *Multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham et Isaac et*

[10] Véase la Nota complementaria 23: *La temporalidad según San Agustín* vol.VII p.751.

injertados en el olivo. Porque las raíces de este olivo son Abrahán, Isaac y Jacob. *¡Pero los hijos del reino,* esto es, los judíos incrédulos, *irán a las tinieblas exteriores!* Serán cortadas las ramas naturales para injertar el acebuche. ¿Y cómo merecieron ser cortadas las ramas naturales sino por la soberbia? ¿Y por qué se injertó el acebuche sino por la humildad? Por eso dijo la cananea: *Así es, Señor, pues los perros comen las migajas que caen de la mesa de sus señores.* Y por eso oyó: *Oh mujer, ¡qué grande es tu fe!* También el otro centurión dijo: *No soy digno de que entres bajo mi techo.* Y oyó: *En verdad os digo, no hallé tan grande fe en Israel.* Aprendamos o, mejor, tengamos la humildad. Si aún no la tenemos, aprendámosla. Si la tenemos, no la perdamos. Si no la tenemos, cobrémosla para ser injertados; si la tenemos, retengámosla, para no ser amputados.

SERMON 77 A (= Guelf. 33)

Tema: La fe de la cananea (Mt 15,22-28).

Lugar: Desconocido.

Fecha: Entre el año 414 y el 416.

1. Ya oísteis cómo aquella mujer que gritaba tras el Señor buscó, pidió, llamó, y cómo le abrieron. Así nos enseña a buscar para que encontremos; a pedir, para que recibamos; a

Iacob in regno caelorum (ib., 8,11); id est, inserentur in oliva. Huius enim olivae radices sunt, Abraham et Isaac et Iacob: *filii autem regni,* hoc est Iudaei increduli, *ibunt in tenebras exteriores* (ib., 12). Praecidentur rami naturales, ut inseratur oleaster. Sed unde rami naturales praecidi meruerunt, nisi superbia? Unde oleaster inseri, nisi humilitate? Unde et ista mulier dixit: *Ita, Domine: nam et canes edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum.* Et inde audit, *O mulier, magna est fides tua!* (Mt 15,27.28). Sic et ille Centurio: *Non sum dignus ut sub tectum meum intres. Amen dico vobis non inveni tantam fidem in Israel* (ib., 8, 8.11). Discamus, aut teneamus humilitatem. Si nondum habemus, discamus: si habemus, non amittamus. Si nondum habemus, habeamus, ut inseramur: si iam habemus, teneamus, ne praecidamur.

SERMO LXXVII A (Morin Guelferbytanus 33)

[PLS 2,649] *(MA 1,576)*

INCIPIT TRACTATUS DE MULIERE CHANANAEA SECUNDUM MATTHAEUM (15,21-28)

1. Mulier ista, quae clamabat post dominum, audistis quemadmodum quaesierit, petiverit, pulsaverit, et apertum sit ei. Docet ergo nos quaerere,

llamar, para que nos abran. ¿Por qué entonces el Señor se negaba a dar lo que le pedían? ¿Acaso carecía de misericordia? No, pero quien difería el conceder, sabía cuándo había que conceder; no negaba su propio beneficio, sino que ejercitaba el deseo del orante [1]. Clamemos, pues, a El, como acabamos de cantar: *Compadécete de mí, Señor, compadécete de mí, pues en ti ha confiado mi alma.* Dice: Compadécete de mí, ¡oh Dios! ¿Por qué? *Porque en ti ha confiado mi alma.* Este es el sacrificio que te ofrezco para que me escuches: que en ti ha confiado mi alma. *¿Quién esperó en el Señor y quedó abandonado?* También los grandes sufren tentación [2]. Y por mucho que progresemos en Dios, vivimos de misericordia. ¿Acaso el Señor Jesús enseñaba a orar a los corderos pequeños y no a los carneros? Eran sus discípulos, pastores del rebaño de los que somos hijos, y de los que se dijo: *Traed al Señor los hijos de los carneros.* A esos mismos carneros enseñaba a orar cuando les mandó decir: *Perdónanos nuestras deudas.* Si esta oración es cotidiana, del perdón vivimos. En el bautismo se nos perdonaron todos los pecados, pero vivimos del perdón. Progresamos, si nuestra esperanza se nutre y fortifica en Dios, auxiliándonos El, para que frenemos toda concupiscencia. Luchemos: conoce nuestro combate el que sabe contemplarlo y ayudar.

ut inveniamus: petere, ut accipiamus: pulsare, ut aperiatur nobis. Quid est ergo, quod dominus nolebat tribuere quod petebatur? numquid inmisericors erat? Sed sciebat quando daret, qui differebat dare: non enim suum negabat beneficium, sed illius exercebat desiderium. Clamemus ergo ad eum, quod modo cantavimus: *Miserere mei deus, miserere mei, quoniam in te confisa est anima mea* (Ps 56,2). Miserere, inquit, mei deus: quare? Quoniam in te confisa est anima mea. Hoc est, inquit, sacrificium quod tibi offero, ut exaudias me: quoniam in te confisa est anima mea. *Quis speravit in deum, et derelictus (577) est?* (cf. Eccli 2,11-12). Fit enim in magnis temtationibus: et quantumcumque in deo proficiamus, sub venia vivimus. Numquid agnos parvulos, et non ipsos arietes, dominus Iesus docebat orare? Discipulos suos, apostolos nostros, ipsos gregis duces, quorum filii nos sumus, de quibus dictum est, *afferte domino filios arietum* (Ps 28,1); ipsos ergo arietes docebat orare, quando eis dixit ut dicerent, *dimitte nobis debita nostra* (Mt 6,12). Si cottidiana est ista oratio, sub venia vivimus. Et dimissa sunt nobis in baptismo cuncta peccata, et sub venia vivimus. Proficimus, si spes nostra in deo nutritur et corroboratur illo a[d]iuvante, ut omnem concupiscentiam frenemus. Pugnemus: certamen nostrum illi notum est, qui et spectare novit et a[d]iuvare.

[1] Véase la nota 1 del sermón anterior.

[2] La traducción supone un texto latino distinto del trascrito. Hemos seguido la sugerencia de MORIN: *tentatio* en vez de *tentationibus*, error del copista, que se explicaría sencillamente: la presencia de *magnis* le induciría a poner la palabra siguiente en el mismo caso.

2. Habéis oído cuando se leía al Apóstol: *Sabemos que la ley es espiritual; pero yo soy carnal.* Mirad quién lo dice y qué dice: *La ley es espiritual, pero yo soy carnal, vendido bajo el pecado; pues ignoro lo que hago.* ¿Qué quiere decir *ignoro?* No acepto, no apruebo. *Pues no hago lo que quiero, sino que lo que no quiero, eso hago. Y si hago lo que no quiero, voy de acuerdo con la ley, que es buena.* ¿Qué significa voy de acuerdo con la ley? Que lo que yo no quiero tampoco lo quiere la ley. Por ende, cuando hago lo que no quiero, y no quiero lo que no quiere tampoco la ley, concedo que la ley es buena. Pero ella es espiritual y yo soy carnal. ¿Qué sucederá? Hacemos lo que no queremos; y si hacemos todos los males, ¿quedaremos impunes? De ningún modo, no te prometas tanto, hombre, y escucha lo que sigue: *Y si lo que no quiero, eso hago, ya no lo hago yo, sino el pecado que habita en mí.* ¿A qué llama aquí pecado sino a la concupiscencia de la carne? Para que no digas que eso a ti no te atañe, dijo: *El pecado que habita en mí.* ¿Qué significa entonces *no lo obro yo?* Deseo con la carne, pero no consiento con la mente. Desea la carne, no consiente la mente. He ahí el conflicto. Mantente, ¡oh mente!, en tu pelea, y pide el auxilio del Señor tu Dios. Mantente, ¡oh mente!, en tu pelea y grita lo que aquella mujer: *¡Señor, ayúdame!* Mantente, ¡oh mente!, en tu pelea y grita lo que cantaste: *¡Compadécete de mí, Señor, compadécete de mí!* He ahí el sacrificio: *En ti ha confiado mi alma.* En el bautismo se borra la iniquidad, pero queda la debilidad [3];

2. Audistis, cum apostolus lege[re]tur: *scimus,* inquit, *quia lex spiritualis est; ego autem carnalis sum.* Videte quis quid dicat. *Lex,* inquit, *spiritualis est; ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato: quod enim operor, ignoro.* Quid est, ignoro? Non accepto, non approbo. *Non enim quod* **[650]** *volo ago, sed quod nolo illud facio. Si autem quod nolo hoc ago, consentio legi quoniam bona est* (Rom 7,14-16). Quid est, consentio legi? Quia quod nolo ego, hoc non vult lex: quando ergo quod nolo ago, et hoc nolo quod non vult lex, consentio legi quoniam bona est. Sed illa spiritualis est, ego carnalis sum: quid ergo fiet? Agimus quod nolumus: et si mala omnia agamus, inpuniti erimus? Absit, noli tibi hoc promittere, o homo, attende quod sequitur: *si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum* (Rom 7,20). Quod est peccatum quod appellat, nisi concupiscentiam carnis? Et ne forte diceres non ad te pertinere, ideo dixit, *quod habitat in me peccatum.* Et quid est, *non ego operor illud?* Carne concupisco, mente non consentio. Caro concupiscit, mens non consentit: ecce pugna. Permane, mens, in certamine tuo, et posce adiutorium a domino deo tuo. Permane, mens, in certamine *(578)* tuo, et clama quod mulier illa: *domine, adiuva me* (Mt 15,25). Permane, mens, in certamine tuo, et clama quod cantasti: *miserere mei deus, miserere mei.* Ecce sacrificium: *in te*

[3] Es doctrina frecuente contra los pelagianos. Véase, por ejemplo, *Contra las dos cartas de los pelagianos* III, 3,5; *Contra el pelagiano Juliano* II, 5,12.

en cambio, en la resurrección ya no habrá iniquidad y se eliminará la debilidad. *Cuando esto mortal se revista de inmortalidad y esto corruptible se revista de incorrupción, se realizará el suceso que está escrito: la muerte fue absorbida en la victoria. ¿Dónde está, ¡oh muerte!, tu contienda?* Si la contienda de la muerte es nuestra pelea, ya no soy yo el que lo hago, sino el pecado que habita en mí. Llama pecado a la concupiscencia de la carne. Codicio, mas no consiento con la mente, pero la concupiscencia no cesa de empujarme al mal. Esta es la contienda de la muerte. El diablo, enemigo exterior, será pisoteado cuando la concupiscencia, enemigo interior, quede curada y vivamos en paz. ¿Cuál paz? La que *ni el ojo vio, ni el oído oyó.* ¿Cuál paz? La que ningún corazón pensó, la que no admite discordia alguna. ¿Cuál paz? Aquella de la que dijo el Apóstol: *Y la paz de Dios, que supera todo entendimiento, guarde vuestros corazones.* De esa paz dice el profeta Isaías: *Señor Dios nuestro, danos la paz. Pues nos has dado todo.* Prometiste a Cristo y lo diste; prometiste su cruz, la sangre que se derrama para perdón de los pecados, y la diste; prometiste su ascensión y el Espíritu Santo enviado desde el cielo, y los diste; prometiste la Iglesia, difundida por toda la redondez de la tierra, y la diste; prometiste herejes futuros para nuestra ejercitación y probación y la victoria de la Iglesia sobre los errores de ellos, y los diste [4]; prometiste la supresión de los ído-

confisa est anima mea. In baptismo deletur iniquitas, sed manet infirmitas; in resurrectione autem nulla erit iniquitas, et consumetur infirmitas. *Quando mortale hoc induerit immortalitatem, et corruptibile hoc induerit incorruptionem, et fiet sermo qui scriptus est, absorta est mors in victoria. Ubi est, mors, contentio tua?* (1 Cor 15,54-55). Et si mortis contentio certamen est nostrum, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Concupiscentiam carnis peccatum vocavit: concupisco, sed mente non consentio, et concupiscentia ad malum stimulare non cessat. Haec est mortis contentio. Tunc autem exterior hostis diabolus sub pedibus erit, quando interior hostis concupiscentia sanata erit, et vivemus in pace. Quali pace? Quam *oculus non vidit, nec auris audivit* (1 Cor 2,9). Quali pace? Quam nullum cor cogitat, non aliqua prosequitur discordia. Quali pace? De qua dixit apostolus: *et pax dei, quae superat omnem intellectum, custodiat corda vestra* (Phil 4,7). De ipsa pace dicit Isaias propheta: *domine deus noster, pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis* (Is 26,12). Promisisti Christum: reddidisti. Promisisti eius crucem, et fundendum sanguinem in remissionem peccatorum: reddidisti. Promisisti eius ascensionem, et de caelo mittendum Spiritum sanctum: reddidisti. Promisisti **[651]** ecclesiam toto orbe terrarum diffusam: reddidisti. Promisisti futuros haereticos ad exercitationem nostram et probationem nostram, et de illorum erroribus ecclesiae victoriam: reddidisti. Promisisti

[4] Muy probablemente, Agustín está pensando en la victoria de los católicos contra los donatistas en la conferencia de Cartago del año 411.

los de los gentiles, y la diste [5]. *Señor Dios nuestro, danos la paz, pues todo nos lo diste tú.*

3. Entre tanto, mientras llegamos a aquella paz, en que no tendremos enemigo alguno, peleemos larga, fiel y valientemente, para merecer ser coronados por el Señor Dios. El apóstol Santiago dice: *Nadie, cuando es tentado, diga que es tentado por Dios.* Llama aquí tentación a la que implica seducción. *Dios ni es tentado por el mal, ni tienta a nadie; cada uno es tentado por su concupiscencia, que le arrastra y seduce. Luego la concupiscencia, cuando concibe, da a luz al pecado; y el pecado, cuando queda consumado, engendra la muerte.* Luego cada uno es tentado por su concupiscencia. Por ende, pelee, resista, no consienta, no se deje llevar, no le permita concebir lo que tendría que dar a luz. He ahí que la concupiscencia solicita, estimula, insiste, exige, para que hagas algo malo; no consientas y ella no concebirá. Si piensas en ello con agrado, concebirá, dará a luz y tú morirás. Mira lo que dice el Apóstol: *El pecado, cuando queda consumado, engendra la muerte.* El pecado es dulce, pero la muerte es amarga. Rehúye la concupiscencia, si no en los hechos, a lo menos en las palabras. Oyes con gusto algo que no debes oír, dices algo que no debes decir, piensas lo que no debes pensar. Nada hay más veloz que el pensamiento; tiene alas increíbles; se despega del corazón y

abolenda idola gentilium: reddidisti. *Domine deus noster, pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis.*

2. Que nadie, por tanto, diga, hermanos, que nuestro Señor Jesucristo no hace ahora estas mismas cosas y, por ello, anteponga los primeros tiempos de la Iglesia a los presentes. Pues en cierto lugar el mismo Señor antepone los que no ven y creen a los que ven y por eso creen. En efecto, hasta en aquellos mismos tiempos fluctuaba la debilidad de sus discípulos de forma que, para creer que había resucitado aquel a quien veían, pensaban que habían de tocarlo. No bastaba a los ojos el ver, a no ser que también las manos se dirigiesen a los miembros y tocasen las cicatrices de las recientes heridas. De forma que aquel discípulo que dudaba, tras haber tocado y reconocido las cicatrices, exclamó: *¡Señor mío y Dios mío!* Las cicatrices manifestaban a aquel que había sanado todas las heridas en los otros. ¿No podía, acaso, resucitar el Señor sin las cicatrices? (Sí), pero conocía las heridas existentes en el corazón de sus discípulos, y para sanar éstas había mantenido aquéllas en su cuerpo. ¿Y qué dijo el Señor a quien le había confesado y dicho *Señor mío y Dios mío? Porque me has visto, has creído; dichosos quienes no ven y creen.* ¿A quién se refería, hermanos, sino a nosotros? No porque íbamos a ser los únicos, sino porque íbamos a venir detrás. Tras un pequeño espacio de tiempo, después

Sed quia illa quae non videbantur, non credebantur; per ista temporalia quae videbantur aedificabat fidem ad illa quae non videbantur.

Caput II.—2. *Ecclesiae postea fides sine miraculis laudabilior. Cicatrices corporis sui cur servavit.*—Nemo itaque, fratres, dicat, non facere ista modo Dominum nostrum Iesum Christum, et propter hoc praesentibus Ecclesiae temporibus priora praeponere. Quodam quippe loco idem Dominus videntibus, et ideo credentibus, praeponit eos qui non vident et credunt. Namque usque eo illo tempore discipulorum eius nutabat infirmitas, ut quem videbant iam resurrexisse, etiam contrectandum putarent, ut crederent. **[540]** Non sufficiebat oculis, quod viderent, nisi et manus admoverentur membris, et cicatrices recentium vulnerum tangerentur: ut ille qui dubitabat discipulus, repente tactis et cognitis cicatricibus exclamaret: *Dominus meus et Deus meus!* Cicatrices ostendebant eum, qui omnia vulnera in aliis sanaverat. Numquid non poterat Dominus sine cicatricibus resurgere? Sed in corde discipulorum vulnera noverat, propter quae sananda cicatrices in corpore suo servaverat. Et quid Dominus illi iam confitenti ac dicenti: *Dominus meus et Deus meus? Quia vidisti me,* inquit, *credidisti: beati qui non vident, et credunt* (Io 20,25-29). Quos dixit, fratres nisi nos? Non quia solos nos, sed et

[2] Hacer de lo temporal y visible una imagen de lo eterno e invisible es una de las constantes de la interpretación alegórica agustiniana de los hechos bíblicos y, en especial, de los hechos de Jesús. Aquí se encuentran combinados los dos aspectos. Véase la Nota complementaria 5: *Significado profundo de los hechos de Jesús* p.884.

que se alejó de los ojos mortales para afianzar la fe en los corazones, cuantos creyeron, creyeron sin ver, y su fe tuvo gran mérito. Para adquirir esa fe tan sólo pusieron en movimiento un corazón piadoso, no la mano dispuesta a tocar.

3. Todo esto lo hizo el Señor para invitar a la fe. Esta fe hierve ahora en la Iglesia, extendida por todo el orbe. También ahora obra curaciones y mayores, pensando en las cuales no desdeñó hacer aquellas menores. Pues como es mejor el alma que el cuerpo, así es mejor también la salud del alma que la del cuerpo. Ahora no abre sus ojos la carne ciega mediante un milagro del Señor, pero sí los abre el corazón por su palabra. No resucita ahora un cadáver mortal; resucita, en cambio, el alma que yacía muerta en un cadáver vivo. No se abren ahora los oídos sordos del cuerpo, pero ¡cuántos son los que tienen cerrados los oídos del corazón, que, sin embargo, se abren al penetrar la palabra de Dios, de forma que creen quienes no creían y viven bien quienes vivían mal y obedecen quienes no obedecían! Decimos: «Aquel es creyente», y nos extrañamos cuando lo oímos referido a personas cuya dureza conocíamos. ¿Por qué te extrañas de que ahora crea, sea inocente y sirva a Dios, sino porque te das cuenta de que ve el que tú conocías ciego; de que vive el que conocías muerto; de que escucha el que conocías sordo? Ved, pues, otra clase de muertos, a los que se refería el Señor al decir a cierta persona que se demoraba en seguirle porque quería dar sepultura a su padre: *Deja que los muertos entierren a sus muertos*. Ciertamente, los sepultureros

post nos. Post parvum enim tempus, posteaquam ab oculis mortalibus recessit ut firmaretur fides in cordibus, quicumque crediderunt, non videntes crediderunt, et magnum meritum habuit fides eorum: cui fidei comparandae, cor tantum admoverunt pium, non et palpantem manum.

Caput III.—3 *Miracula nunc maiora Christus operatur.*—Haec ergo fecit Dominus, ut invitaret ad fidem. Haec fides nunc fervet in Ecclesia, toto orbe diffusa. Et nunc maiores sanitates operatur, propter quas non est dedignatus tunc exhibere illas minores. Sicut enim animus melior est corpore, sic et melior salus animi, quam salus corporis. Modo caro caeca non aperit oculos miraculo Domini; et cor caecum aperit oculos sermoni Domini. Modo non resurgit mortale cadaver; resurgit anima, quae mortua iacebat in vivo cadavere. Modo aures corporis surdae non aperiuntur: sed quam multi habent aures clausas cordis, quae tamen verbo Dei penetrante patescunt, ut credant qui non credebant, et bene vivant qui male vivebant, et oboediant qui non oboediebant? et dicimus, Ille credidit; ac miramur, cum audimus de his quos aliquando duros noveramus. Cur ergo nunc miraris credentem, innocentem, Deo servientem, nisi quia conspicis videntem, quem noveras caecum; conspicis viventem, quem noveras mortuum; conspicis audientem, quem noveras surdum? Nam videte aliter mortuos, de quibus mortuis dicebat Dominus cuidam ideo tardanti, ne Dominum sequeretur, quia sepelire patrem volebat: *Sine,* inquit, *mortuos sepelire*

muertos no están muertos en el cuerpo, porque, si fuese así, no podrían dar sepultura a cuerpos muertos. No obstante, los llama muertos; ¿dónde lo están sino interiormente, en el alma? Del mismo modo que en el terreno de lo visible se da con frecuencia que en una casa íntegra y en buen estado yace muerto el dueño de la misma, así también en un cuerpo sano muchos tienen interiormente el alma muerta. A ésos los despierta el Apóstol con estas palabras: *Levántate, tú que duermes, y sal de entre los muertos y te iluminará Cristo.* Es el mismo el que da la luz al cielo y el que resucita al muerto. Con su voz, a través del Apóstol, se grita al muerto: *Levántate, tú que duermes.* El ciego será iluminado por la luz, una vez que se haya levantado. ¡Cuántos no eran los sordos que el Señor tenía ante sus ojos al decir: *Quien tenga oídos para oír, que oiga!* ¿Quién estaba en su presencia sin el oído corporal? ¿Qué otros oídos buscaba, pues, sino los del hombre interior?

4. Del mismo modo, ¿qué ojos requería al hablar a quienes ciertamente veían, pero con los ojos de la carne? En efecto, al decirle Felipe: *Señor, muéstranos al Padre y nos basta,* bien entendía que podía bastar con mostrar al Padre; pero ¿cómo iba a bastar el Padre a quien no le bastaba el igual al Padre? ¿Por qué no le bastaba? Porque no le veía. ¿Por qué no le veía? Por que aún no estaba sano el ojo con que poder verle. Lo que era visible a estos ojos en la carne del Señor, lo vieron no sólo los discípulos que le honraron, sino también los judíos que le crucificaron. Por tanto, quien quería ser visto de otra

mortuos suos (Mt 3,22). Certe mortui sepultores non sunt corpore mortui: quia si hoc essent, mortua corpora sepelire non possent. Tamen mortuos eos vocat: ubi, nisi intus in anima? Sicut enim etiam visibiliter plerumque in domo integra et salva dominus eiusdem domus mortuus iacet; sic in corpore integro multi habent intus animam mortuam: et hos sic excitat Apostolus: *Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus* (Eph 5,14). Ipse iluminat excaecatum, qui excitat mortuum. Eius enim voce per Apostolum clamatur ad mortuum: *Surge, qui dormis.* Caecus luce illuminabitur, cum surrexerit. Surdos autem quam multos ante oculos suos Dominus intuebatur, cum diceret: **[541]** *Qui habet aures audiendi, audiat* (Mt 11,15). Quis enim ante illum sine corporis auribus stabat? Quas ergo alias aures nisi interioris hominis requirebat?

Caput IV.—4. *Oculus mentis, quo Deus videatur, mundatur per fidem.*—Item quales oculos quaerebat, cum loqueretur utique videntibus, sed videntibus per oculos carnis? Nam cum ei diceret Philippus: *Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis;* bene quidem hoc intellegebat, ut demonstratus Pater posset sufficere; sed cui non sufficiebat aequalis Patri, quomodo sufficeret Pater? Quare autem non sufficiebat? Quia non videbatur. Quare non videbatur? Quia nondum erat sanus oculus, unde posset videri. Hoc enim quod in carne Domini videbatur his oculis, non soli discipuli viderunt qui honoraverunt, sed et Iudaei qui crucifixerunt,

manera, requería otros ojos. Y, en consecuencia, a quien le dijo: *Muéstranos al Padre,* le respondió: *¿Tanto tiempo llevo con vosotros y aún no me habéis conocido? Felipe, quien me ve a mí, ve también al Padre.* Y para sanar en el entretanto los ojos de la fe, primero es amonestado según la fe, para que pueda llegar a la realidad. Y para que Felipe no pensara que había de pensarse a Dios como veía al Señor Jesucristo en su cuerpo, añadió inmediatamente: *¿No crees que yo estoy en el Padre y el Padre en mí?* Ya antes había dicho: *Quien me ve a mí, ve al Padre.* Pero aún no tenía Felipe sano el ojo con el que ver al Padre y, por tanto, con el que ver al mismo Hijo en cuanto igual al Padre. Así, pues, se dispuso a sanar y fortalecer con el medicamento y lenitivo de la fe la mirada de la mente aún sucia, incapaz de ver tanta luz, y le dijo: *¿No crees que yo estoy en el Padre y el Padre en mí?* Por tanto, quien todavía no puede ver lo que ha de mostrar el Señor, no busque el ver antes de creer, sino más bien crea primero para que pueda sanar el ojo con que ha de ver. A estos ojos serviles se manifestaba sólo la forma de siervo, pues si aquel que no juzgó objeto de rapiña el ser igual a Dios, pudiera ser visto ya como igual a Dios por aquellos a los que quiso sanar, no hubiera necesitado anonadarse a sí mismo y tomar la forma de siervo. Y puesto que no existía posibilidad de verle como Dios y sí como hombre, el que era Dios se hizo hombre para que aquello que se veía sanase la causa de que no se viera. El mismo dice en otro lugar: *Dichosos los limpios de corazón,*

Qui ergo aliter se videri volebat, alios oculos requirebat. Et ideo sic respondit dicenti: *Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis; Tanto tempore vobiscum sum, et non me cognovistis? Philippe, qui me vidit, vidit et Patrem.* Et ut interim fidei oculos sanaret, prius admonetur secundum fidem, ut possit ad speciem pervenire. Et ne sic putaret Philippus cogitandum Deum, quomodo videbat in corpore Dominum Iesum Christum, statim subiecit: *Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est?* (Io 14, 8-10). Iamdudum dixerat: *Qui me vidit, vidit et Patrem.* Sed nondum habebat Philippus sanum oculum, unde videret Patrem: atque ideo nec unde videret ipsum Filium Patri coaequalem. Itaque aciem mentis adhuc sauciam, et tantam lucem aspicere non valentem, sanandam atque firmandam fidei medicamentis fomentisque suscepit, et ait: *Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est?* Qui ergo nondum potest videre quod demonstraturus est Dominus, non quaerat prius videre quod credat: sed prius credat, ut posit oculus sanari quo videat. Sola enim forma servi exhibebatur servilibus oculis: quia ille qui non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo, si ab eis quos sanari voluit iam videri posset aequalis Deo, non opus haberet semetipsum exinanire, et formam servi accipere (Phil 2, 6.7). Sed quia non erat unde videretur Deus, et erat unde videretur homo; qui Deus erat, factus est homo, ut id quod videbatur, sanaret illud unde non videbatur. Ipse enim alio loco ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi*

porque ellos verán a Dios. Sin duda Felipe podía responder y decir: «He aquí, Señor, que te estoy viendo; ¿es el Padre como yo te veo? Tú has dicho: *Quien me ve a mí, ve también al Padre.* Antes de que Felipe respondiera así, o quizá antes de que lo pensara, tras haber dicho el Señor: *Quien me ve a mí, ve también al Padre,* añadió inmediatamente: *¿No crees que yo estoy en el Padre y el Padre en mí?* Con aquellos ojos no podía ver aún ni al Padre ni al Hijo igual al Padre; mas para sanar el ojo que le capacitara para ver, había de ser ungido para creer. Por tanto, antes de ver lo que no puedes ver, cree lo que todavía no ves. Camina en la fe para llegar a la realidad. La realidad no alegrará en la patria a aquel a quien no lo consoló la fe en el camino. Pues así dice el Apóstol: *Mientras estamos en el cuerpo, somos peregrinos lejos del Señor.* Acto seguido añadió, porque aún somos peregrinos a pesar de haber creído ya: *Caminamos en la fe,* dijo, *no en la realidad.*

5. Todo nuestro esfuerzo, hermanos, en esta vida ha de consistir en sanar el ojo del corazón con que ver a Dios [3]. Con esta finalidad se celebran los sacrosantos misterios; con esta finalidad se predica la palabra de Dios; a eso van dirigidas las exhortaciones morales de la Iglesia, es decir, las que miran

Deum videbunt (Mt 5,8). Poterat utique Philippus respondere, et dicere: Domine, ecce te video; talisne est Pater, quale est hoc quod video; quoniam dixisti: *Qui me vidit, vidit et Patrem?* Antequam hoc responderet Philippus, vel fortasse antequam cogitaret, cum dixisset Dominus: *Qui me vidit, vidit et Patrem;* continuo subiunxit: *Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est?* Illo enim oculo nondum videre poterat, nec Patrem, nec aequalem Patri Filium: sed ut sanaretur oculus ad videndum, inungendus erat ad credendum. Ideo antequam videas quod videre non potes, crede quod nondum vides. Ambula per fidem, ut pervenias ad speciem. Species non laetificabit in patria, quem fides non consolatur in via. Sic enim dicit Apostolus: **[542]** *Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino.* Statimque subnectit quare adhuc peregrinamur, quamvis iam crediderimus: *Per fidem,* inquit, *ambulamus, non per speciem* (2 Cor 5,6.7).

CAPUT V.—5. *Opera nostra nunc tota est sanare oculum cordis.*— Tota igitur opera nostra, fratres, in hac vita est, sanare oculum cordis, unde videatur Deus. Ad hoc sacrosancta mysteria celebrantur; ad hoc sermo Dei praedicatur; ad hoc exhortatione Ecclesiae morales, id est,

[3] La afirmación de Agustín es rotunda: nuestra única tarea en esta vida es sanar el ojo del corazón para poder ver a Dios, meta y destino del hombre. Son muchas las enfermedades que impiden su visión: ira, avaricia, la *cupiditas,* la *libido,* la iniquidad, la concupiscencia secular (n.6). El ojo de la mente o del corazón no es otro que la fe (*Enarración al salmo* 90,13). La sanación le llegará por la misma fe (*Sermón* 117,15; *Enarr. al salmo* 118,18,3) y por el colirio que es el precepto del amor, amor al enemigo incluso, aunque sea amargo (*Enarr. al salmo* 39,21). Esta obra de sanación no es fácil y a ella va dirigida la múltiple actividad de la Iglesia.

a corregir las costumbres, a enmendar las concupiscencias de la carne, a renunciar a este mundo no sólo de palabra, sino también con un cambio de vida; a esta finalidad va encaminado todo el actuar de las Escrituras divinas y santas, para que se purifique nuestro interior de lo que nos impide la contemplación de Dios. Este ojo ha sido hecho para ver esta luz temporal y, aunque celeste, corporal y visible no sólo al hombre, sino también a los animales más viles —para eso fue hecho, para ver esta luz—; sin embargo, si le cayera o le fuese arrojado algo que le estorbe, se aparta de la luz, y aunque ella lo invada con su presencia, él se retira y se hace ausente. No sólo se hace ausente con su perturbación a la luz presente, sino que también le resulta penosa la luz, para ver la cual ha sido hecho. De idéntica manera, el ojo del corazón perturbado y dañado se aparta de la luz de la justicia y ni se atreve ni es capaz de contemplarla.

6. ¿Qué es lo que perturba al ojo del corazón? La codicia, la avaricia, la iniquidad, la concupiscencia del mundo es lo que turba, cierra y ciega el ojo del corazón. ¡Y cómo se busca el médico cuando el ojo de la carne está perturbado; cómo no se difiere el abrir y purgar, para que sane lo que hace que veamos esta luz! Se corre, nadie descansa, nadie se retarda, aunque sólo una pajita caiga en el ojo. Sin duda, fue Dios quien hizo el sol que queremos ver cuando los ojos están sanos. Ciertamente, es mucho más brillante quien lo hizo, pero no es siquiera de este género de luz que corresponde al ojo de la

pertinentes ad corrigendos mores, ad emendandas carnales concupiscentias, ad renuntiandum non voce tantum, sed mutata vita huic saeculo; ad hoc agunt quidquid agunt divinae sanctaeque Litterae, ut purgetur illud interius ab ea re quae nos impedit ab aspectu Dei. Sicut enim oculus factus ad hanc lucem temporalem videndam, et quamvis caelestem, tamen corpoream atque conspicuam, non solum hominibus, sed etiam vilissimis animantibus (ad hoc enim factus est, ut hanc lucem videat); tamen si aliquid iniectum fuerit, vel irruerit, unde turbetur, secluditur ab hac luce; et quamvis eum sua praesentia circumfundat, ille tamen se avertit, atque absens est: non solum autem absens fit perturbatione sua a luce praesenti; sed etiam poenalis illi est lux, ad quam videndam factus est: sic et oculus cordis perturbatus atque sauciatus avertit se a luce iustitiae, nec audet eam contemplari, nec valet.

Caput VI.—6. *Studium de mundando cordis oculo.*—Quid turbat oculum cordis? Cupiditas, avaritia, iniquitas, concupiscentia saecularis turbat, claudit, excaecat oculum cordis. Et tamen quomodo quaeritur medicus, cum oculus carnis turbatus est, quomodo non differtur ut aperiatur atque purgetur, ut sanetur unde lux ista videatur? Currítur, nemo requiescit, nemo differt, si vel stipula in oculum cadat. Solem certe, quem sanis oculis videre volumus, Deus fecit. Multo est utique lucidior ille qui fecit: nec huius generis lux est, quae pertineat ad oculum mentis.

mente. Aquella luz es la sabiduría eterna. Dios te hizo a ti, ¡oh hombre!, a su imagen. Dándote con qué ver el sol que él hizo, ¿no te iba a dar con qué ver a quien te hizo, habiéndote hecho a su imagen? También te dio esto; te dio lo uno y lo otro. Pero si mucho es lo que amas estos ojos exteriores, mucho también lo que descuidas aquel interior; lo llevas cansado y herido. Si quien te fabricó quisiera mostrársete, te causaría dolor; es un tormento para tu ojo, antes de ser sanado y curado. Pues hasta en el paraíso pecó Adán y se escondió de la presencia de Dios. Mientras tenía el corazón sano por la pureza de conciencia, se gozaba con la presencia de Dios; después que, por el pecado, su ojo quedó dañado, comenzó a temer la luz divina, se refugió en las tinieblas y en la densidad del bosque, huyendo de la verdad y ansiando la oscuridad.

7. Por tanto, hermanos míos, puesto que también nosotros hemos nacido de él y, como dice el Apóstol, *en Adán mueren todos,* todos nosotros fuimos alguna vez dos hombres si no quisimos obedecer al médico para no enfermar; obedezcámosle, para librarnos de la enfermedad. El médico nos dio algunos preceptos cuando estábamos sanos; el médico nos dio preceptos para que no necesitáramos de él. *No necesitan del médico,* dijo, *los sanos, sino los enfermos.* Estando sanos despreciamos los preceptos y por experiencia vimos a cuán gran ruina nos condujo tal desprecio. Ya comenzamos a enfermar, nos fatigamos, estamos en el lecho de la enfermedad; pero no perdamos la esperanza. No pudiendo llegar nosotros hasta

Lux illa est aeterna sapientia. Fecit autem te Deus, o homo, ad imaginem suam. Daretne tibi unde videres solem quem fecit, et non tibi daret unde videres eum qui te fecit, cum te ad imaginem suam fecerit? Dedit et hoc: utrumque dedit tibi. Sed multum hos oculos exteriores diligis, multum illum interiorem neglegis: detritum portas atque sauciatum. Poena tibi est, si se voluerit ostendere fabricator tuus: poena est oculo tuo, antequam curetur atque sanetur. Nam et in paradiso peccavit Adam, et abscondit se a facie Dei. Cum haberet ergo cor sanum purae conscientiae, gaudebat ad praesentiam Dei: postquam peccato oculus ille sauciatus est, coepit lucem formidare divinam, refugit in tenebras atque in densa lignorum, veritatem fugiens, umbras appetens.

Capita VII et VIII.—7. *Aegroti ad poculum sumendum exemplo Christi invitamur.*—Ergo, fratres mei, quoniam et nos inde nati sumus, et sicut dicit Apostolus, *In Adam omnes moriuntur* (1 Cor 15,22): omnes enim nos duo homines aliquando fuimus si **[543]** noluimus obtemperare medico, ut non aegrotaremus; obtemperemus, ut ab aegritudine liberemur. Dedit nobis praecepta medicus, sanis: dedit praecepta medicus, ne medico indigeremus. *Non opus est,* inquit, *sanis medicus, sed aegrotantibus* (Mt 9,12). Sani praecepta contempsimus, et experimento sensimus in quantam perniciem nostram praeceptum illud contempserimus. Aegrotare iam coepimus, laboramus, in lecto infirmitatis sumus: sed non desperemus.

el médico, él mismo se dignó venir hasta nosotros. No despreció al herido el que había sido despreciado por el sano. No cesó de dar otros preceptos al lánguido, que no quiso guardarlos antes para no caer enfermo, como si le dijera: «Por experiencia has visto que dije la verdad cuando te indicaba: ¡No toques esto! Sana, pues, y vuelve a la vida. He aquí que llevo tu enfermedad; bebe el cáliz amargo. Tú hiciste que te fuesen tan fatigosos aquellos preceptos míos, que se te dieron llenos de dulzura cuando estabas sano. Los despreciaste y comenzaste a fatigarte; no puedes sanar si no bebes el cáliz amargo, el cáliz de las tentaciones en que abunda esta vida, el cáliz de las tribulaciones, de las angustias, de las pasiones. Bebe, dice, bebe para vivir». Y para que el enfermo no le respondiera: «No puedo, no lo soporto, no lo bebo», lo bebió antes el médico sano, para que no dudare en beberlo el enfermo. ¿Qué hay de amargo en tal bebida que no lo bebiera él? Si la afrenta; antes escuchó él, al expulsar a los demonios: *Tiene un demonio* y *en nombre de Beelzebub expulsa los demonios.* Por eso, para consolar a los enfermos, dice: *Si llamaron Beelzebub al padre de familia, ¿cuánto más a los de su casa?* Si son amargos los dolores, él fue atado, flagelado y crucificado. Si es amarga la muerte, también murió. Si la debilidad aborrece cierto género de muerte, nada había en aquel tiempo más ignominioso que la muerte de cruz [4]. No en vano el Apóstol, para recomendar su obediencia, añadió: *Se hizo obediente hasta la muerte y muerte de cruz.*

Quia enim ad medicum venire non poteramus, ipse ad nos venire dignatus est. Non contempsit saucium contemptus a sano. Non destitit dare alia praecepta languenti, qui prima custodire noluit, ne langueret: tanquam diceret: Certe experimento sensisti verum me dixisse, cuando dixi: Noli tangere hoc. Sanare ergo tandem, et revivisce. Ecce porto infirmitatem tuam: bibe amarum calicem. Tu enim tibi fecisti praecepta illa mea, quae sano data sunt tam dulcia, tam laboriosa. Contempta sunt, coepisti laborare: sanari non potes, nisi amarum calicem biberis, calicem tentationum, quibus abundat haec vita, calicem tribulationum, angustiarum, passionum. Bibe, inquit, bibe, ut vivas. Et ne responderet ei languidus: Non possum, non fero, non bibo; prior bibit medicus sanus, ut bibere non dubitaret aegrotus. Quid enim amarum est in tali poculo, quod ille non biberit? Si contumelia: prior audivit cum daemones expelleret, *Daemonium habet* (Lc 7,33), et quod *in Beelzebub eicit daemonia* (ib., 11,15). Unde ut ipse consolaretur aegros, ait: *Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius?* (Mt 10,25). Si dolores amari sunt: ligatus et flagellatus et crucifixus est. Si mors amara est: etiam mortuus est. Si genus mortis exhorrescit infirmitas: nihil illo tempore fuit ignominiosius quam mors crucis. Non enim frustra commendans eius oboedientiam Apostolus addidit, dicens: *Factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (Phil 2,8).

[4] En efecto, era el *servile supplicium*, el tormento reservado a los esclavos,

8. Mas, puesto que él había de honrar a sus fieles al final de este mundo, antes honró la cruz en sí, de forma que los príncipes terrenos que creen en él prohibieron que se crucificara a nadie aunque fuese culpable [5]; y lo que los perseguidores judíos procuraron para el Señor como gran afrenta, lo llevan ahora con gran confianza sus siervos, incluso los reyes, en la frente [6]. No se ve ahora la clase de muerte que se dignó sufrir el Señor, *hecho maldición por nosotros,* como dice el Apóstol. Cuando la ceguera de los judíos le insultaba mientras pendía de la cruz, podía ciertamente descender de ella quien si quisiera no se hallaría en la misma; pues cosa mayor era resucitar del sepulcro que bajar de la cruz [7]. Por tanto, el Señor, al hacer estos hechos divinos y padecer estas miserias humanas, con los milagros corporales y la paciencia también corporal, nos exhorta a que creamos y sanemos para contemplar aquellas cosas invisibles que desconoce el ojo de la carne. Teniendo esto en la mente curó a los ciegos, cuyo relato hemos leído ahora en el Evangelio. Y en el mismo hecho de curar advertid lo que intimó al enfermo interior.

9. Prestad atención a la conclusión del hecho y al orden de los sucesos. Dos ciegos sentados en el camino, al pasar el Señor gritaban que tuviese compasión de ellos. La muchedumbre, en cambio, que le acompañaba les reprendía para que no gritasen. Y no penséis que no encierra un misterio el que se

Caput IX.—8. *Crucem suam cur hic honoravit Christus.*—Sed quia ipse honoraturus erat fideles suos in fine huius saeculi, prius honoravit crucem in hoc saeculo; ut terrarum principes credentes in eum prohiberent aliquem nocentium crucifigi: et quod cum magna insultatione persecutores Iudaei Domino procurarunt, magna fiducia servi eius, etiam reges in fronte nunc portant. Non tantum apparet modo qualem mortem pro nobis Dominus subire dignatus est: sicut ait Aposolus: *Factus pro nobis maledictum* (Gal 3,13). Et cum ei pendenti Iudaeorum caecitas insultaret, posset utique descendere de cruce, qui si nollet, non esset in cruce: sed amplius erat de sepulcro resurgere, quam de cruce descendere. Haec ergo Dominus faciens divina, patiens humana, admonet nos corporalibus miraculis et patientia corporali, ut credamus, et sanemur ad conspicienda illa invisibilia quae carnis oculus nescit. Hoc ergo agens curavit caecos istos, de quibus nunc Evan**[544]**gelium recitatum est. Et in curando videte quid admonuerit aegrotum interiorem.

Caput X.—9. *Duorum caecorum curatio quid significat. Iesum transire quid.*—Attendite ipsius facti exitum et ordinem rerum. Sedentes illi in via duo caeci, transeunte Domino exclamabant, ut eorum misereretur. A turba vero, quae cum Domino erat, compescebantur ne clamarent.

[5] Fue el emperador Constantino quien en memoria de la pasión de Cristo suprimió tal suplicio. Véase el *Comentario al salmo* 36,2,4.

[6] Es decir, son cristianos.

[7] Véase la nota 3 al sermón 87.

haya conservado este dato. No obstante la reprensión, ellos vencían con sus gritos perseverantes a la muchedumbre, hasta el punto de que su voz llegó a los oídos del Señor: ¡como si no se hubiese anticipado ya él a sus pensamientos! Gritaron, pues, los dos ciegos para ser oídos por el Señor y no se dejaron amedrentar por la muchedumbre. El Señor pasaba y ellos gritaban. Se detuvo el Señor y fueron sanados. En efecto, *se detuvo el Señor Jesús, los llamó y les dijo: «¿Qué queréis que os haga?» Y ellos respondieron: «Que se abran nuestros ojos»*. Por la fe que tenían, así lo hizo el Señor: restableció sus ojos. Si hemos comprendido ya quién está enfermo interiormente, quién ciego, quién muerto, busquemos también allí al ciego interior. Están cerrados los ojos del corazón; Jesús pasa para que gritemos. ¿Qué significa el que pasa Jesús? Que obra acciones temporales. ¿Qué significa el pasar de Jesús? Su obrar acciones transitorias. Prestad atención y ved cuántas de sus obras han pasado. Nació de la virgen María; ¿acaso nace continuamente? De pequeño fue amamantado; ¿acaso toma el pecho siempre? Pasó por las distintas edades hasta la juventud; ¿acaso crece siempre corporalmente? A la infancia siguió la niñez; a la niñez la adolescencia y a la adolescencia, pasajera y caduca, la juventud. Pasaron hasta los mismos milagros que realizó; los leemos y los creemos. Puesto que fueron escritos para que pudieran leerse, pasaban al mismo tiempo que se realizaban. Finalmente, para no demorarnos más, fue crucificado; ¿pende acaso siempre de la cruz? Fue sepultado, resucitó, subió al

Neque hoc sine mysterio derelictum putetis. Illi autem compescentem se turbam perseverantissimo clamore vincebant, ut perveniret vox eorum ad aures Domini (cf. Mt 20,29-31): quasi non iam ille cogitata praevenerit. Clamaverunt ergo duo caeci, ut audirentur a Domino, et a turbis comprimi nequiverunt. Transibat Dominus, et illi clamabant. Stetit Dominus, et sanati sunt. Nam *stetit* Dominus, *Iesus, et vocavit eos, et ait: Quid vultis vobis faciam? At illi dixerunt: Ut aperiantur oculi nostri* (ib., 32-33). Pro fide ipsorum fecit Dominus, instauravit oculos eorum. Si intelleximus iam interiorem aegrotum, interiorem surdum, interiorem mortuum; ibi quaeramus et interiorem caecum. Clausi sunt oculi cordis: transit Iesus, ut clamemus. Quid est, transit Iesus? Agit temporalia Iesus. Quid est, transit Iesus? Agit transitoria Iesus. Attendite et videte quanta eius gesta tansierint. Natus est de virgine Maria: numquid semper nascitur? Infans lactatus est: numquid semper sugit? Per aetates cucurrit usque ad iuventutem: numquid semper corporaliter crescit? Infantiae pueritia, pueritiae adolescentia, adolescentiae iuventus transeunti cedentique successit. Ipsa etiam quae fecit miracula, transierunt: leguntur et creduntur. Quia enim talia scripta sunt ut legi possint, transibant cum fierent. Postremo ne in multis moremur, crucifixus est: numquid semper pendet in cruce? Sepultus est, resurrexit, ascendit in caelum: iam non moritur, et mors illi ultra non dominabitur: et divinitas eius semper

cielo; ya no muere y la muerte ya no tiene poder sobre él; no sólo permanece para siempre su divinidad, sino que tampoco le faltará nunca la inmortalidad corporal. No obstante, todo lo que hizo en el tiempo pasó y se escribió para que se leyese y se predica para que se crea. En todas estas cosas pasa Jesús.

10. ¿Qué son aquellos dos ciegos junto al camino sino los dos pueblos que vino a sanar Jesús? Mostrémoslos en las Escrituras sagradas. En el Evangelio está escrito: *Tengo otras ovejas que no son de este redil; conviene que también éstas sean atraídas a él para que haya un solo rebaño y un solo pastor.* ¿Cuáles son, pues, estos dos pueblos? Uno el judío y otro el gentil. *No he sido enviado,* dice, *sino a las ovejas que perecieron de la casa de Israel.* ¿A quiénes dijo estas palabras? A los discípulos cuando aquella cananea gritaba y reconoció ser un perro para merecer las migajas de la mesa de los señores. Y puesto que las mereció, están ya manifestados los dos pueblos a los que había venido: es decir, el judío, al que se refieren estas palabras: *No he sido enviado sino a las ovejas que perecieron de la casa de Israel,* y el gentil, al que anticipaba en figura esta mujer a la que en un primer momento había rechazado diciéndole: *No está bien echar a los perros el pan de los hijos,* y a la que habiéndole respondido: *Así es, Señor, pero también los perros comen las migajas que caen de la mesa de sus señores,* contestó él: *¡Oh mujer!, grande es tu fe; hágase según tu voluntad.* A este pueblo pertenecía también aquel centurión del cual dijo el mismo Señor: *En verdad os digo que no he hallado fe tan grande en Israel,* en respuesta a sus pala-

manet, et immortalitas iam corporis eius numquam deficiet. Sed tamen illa omnia quae temporaliter ab eo gesta sunt, transierunt; et legenda scripta sunt, et credenda praedicantur. In illis ergo omnibus transiit Iesus.

Caput XI.—10. *Caeci duo, duo populi. Angularis lapis Christus.*— Quid duo caeci iuxta viam sunt, nisi duo populi, ad quos sanandos venit Iesus? Ostendamus hos duos populos in Scripturis sanctis. Est in Evangelio scriptum: *Habeo alias oves, quae non sunt de hoc ovili; et illas oportet me adducere, ut sit unus grex et unus pastor* (Io 10,16). Qui sunt ergo duo populi? Unus Iudaeorum, et alius Gentium. *Non sum missus,* ait, *nisi ad oves quae perierunt domus Israel.* Quibus hoc dixit? Discipulis: quando illa Chananaea clamabat, quae se esse canem confessa est, ut micas de mensa dominorum mereretur. Et quia meruit, iam duo demonstrati sunt ad quos venerat: Iudaicus scilicet populus, de quo ait: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel;* et Gentium populus, cuius typum praetendebat haec **[545]** mulier, quam primo respuerat, dicens: *Non est bonum panem filiorum mittere canibus;* et cui dicenti: *Ita, Domine, nam et canes edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum;* responderat: *O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis* (Mt 15,22-28). Inde enim erat et ille Centurio, de quo dicit idem Dominus: *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel.*

bras: *No soy digno de que entres bajo mi techo, pero di una palabra y mi hijo quedará sano.* Así, pues, ya antes de su pasión y glorificación señalaba el Señor los dos pueblos; a uno había venido para mantener las promesas hechas a los patriarcas y al otro porque en su misericordia no lo rechazaba, para que se cumpliese así lo prometido a Abrahán: *En tu linaje serán bendecidos todos los pueblos.* Esta es la razón por la que también el Apóstol, ya después de la resurrección y ascensión del Señor, tras haber sido despreciado por los judíos, se encaminó a los gentiles. Pero no calló tampoco ante las iglesias formadas por judíos creyentes: *Era,* dijo, *desconocido para las iglesias de Judea, que viven en Cristo. Solamente habían escuchado que quien antes nos perseguía, ahora anuncia la fe que en otro tiempo arrasaba; y en mí glorificaban a Dios.* Por esto, por haber hecho de los dos pueblos uno solo, Cristo es llamado piedra angular. El ángulo, en efecto, junta en sí a dos paredes de dirección distinta. ¿Hay cosa más diversa que la circuncisión y el prepucio? He aquí una pared que proviene de Judea y otra que procede de los gentiles; pero se unen en la piedra angular: *La piedra que rechazaron los constructores se ha convertido en cabeza de ángulo.* En un edificio no existe ángulo más que cuando dos paredes que proceden de distinta dirección confluyen en un punto y se unen en una cierta unidad. Los dos ciegos que gritaban ante el Señor eran, en figura, estos dos pueblos.

11. Poned atención ahora, amadísimos. El Señor pasaba,

Quia ille dixerat: *Non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus* (ib., 8,10.8). Ita ergo Dominus ante passionem et clarificationem suam duos iam populos designabat: unum, ad quem venerat propter promissa Patrum; et alterum, quem propter misericordiam non repellebat: ut impleretur quod promissum erat Abrahae, *In semine tuo benedicentur omnes gentes* (Gen 22,18). Propterea et Apostolus iam post resurrectionem Domini et ascensionem, ubi contemptus est a Iudaeis, perrexit ad Gentes. Nec tamen Ecclesiis quae de Iudaeis crediderant, tacuit: *Eram,* inquit, *ignotus facie Ecclesiis Iudaeae, quae sunt in Christo. Tantum autem audiebant quia qui aliquando nos persequebatur, nunc evangelizat fidem quam aliquando vastabat: et in me,* inquit, *magnificabant Deum* (Gal 1,22-24). Sic et angularis lapis dicitur Christus, qui fecit utraque unum (Eph 2,20.14). Angulus enim duos parietes copulat de diverso venientes. Quid tam diversum, quam circumcisio et praeputium, habens unum parietem de Iudaea, alterum parietem de Gentibus? Sed angulari lapide copulantur. *Lapidem* enim *quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli* (Ps 117,22). Angulus in aedificio non est, nisi cum duo parietes ex diverso venientes in unum conveniunt, et quadam unitate iunguntur. Isti ergo duo parietes secundum typum, duo caeci erant clamantes ad Dominum.

Caput XII.—11. *Transiens Iesus interpellatur, et sanat.*—Attendite

los ciegos gritaban. ¿Qué significa pasar? Hacer obras transitorias, como ya dijimos. Nuestra fe se edifica en la conformidad con estas obras transitorias. Creemos, en efecto, en el Hijo de Dios, pero no sólo en cuanto es el Verbo por quien fueron hechas todas las cosas; pues si hubiera permanecido siempre en la forma de Dios en la que es igual a Dios, no se hubiera anonadado tomando la forma de siervo; ni le hubieran sentido los ciegos para poder gritarle. Mas al obrar obras transitorias, es decir, al humillarse, haciéndose obediente hasta la muerte y muerte de cruz, gritaron los dos ciegos: *Ten compasión de nosotros, hijo de David.* El hecho mismo de que el señor y creador de David quisiera ser también hijo suyo, lo realizó en el tiempo, lo hizo al pasar.

12. ¿Qué es, hermanos, gritar a Cristo sino adecuarse a la gracia de Cristo con las buenas obras? Digo esto, hermanos, no sea que levantemos mucho la voz, pero callen nuestras costumbres. ¿Quién es el que gritaba a Cristo, para que expulsase su ceguera interior al pasar él, es decir, al dispensarnos los sacramentos temporales con los que se nos invita a adquirir los eternos? ¿Quién es el que grita a Cristo? Quien desprecia los placeres del mundo, clama a Cristo; quien dice, no con la lengua, sino con la vida: *El mundo está crucificado para mí y yo para el mundo,* ése es el que clama a Cristo. Grita a Cristo el que reparte y da a los pobres para que su justicia permanezca por los siglos de los siglos. Quien escucha y no se hace el sordo: *Vended vuestras cosas y dadlas a los pobres; procu-*

nunc, dilectissimi. Dominus transibat, caeci clamabant. Quid est, transibat? Transitoria opera faciebat, sicut iam diximus. Secundum haec transitoria opera fides nostra aedificatur. Credimus enim in Filium Dei, non tantum quia Verbum Dei est, per quem facta sunt omnia: si enim semper in forma Dei manens aequalis Deo, non semetipsum exinaniret formam servi accipiens; nec sentirent caeci, ut possent clamare. Sed cum operaretur transitoria, id est, humiliaret se, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis, clamaverunt duo caeci, *Miserere nostri, fili David* (Mt 20,30). Quia et hoc ipsum quod Dominus et creator David, etiam filius David esse voluit, in tempore hoc egit, transiens hoc fecit.

Caput XIII.—12. *Clamare ad Christum, quid.*—Quid est autem, clamare ad Christum, fratres, nisi gratiae Christi congruere bonis operibus? Hoc dico, fratres, ne forte simus strepentes vocibus, et muti moribus. Quis est qui clamat ad Christum, ut pellatur interior caecitas transeunte Christo, id est, dispensante nobis temporalia sacramenta, quibus admonea-**[546]**mur ad aeterna capienda? Quis est qui clamat ad Christum? Qui contemnit mundum, clamat ad Christum. Qui spernit saeculi voluptates, clamat ad Christum. Qui dicit non lingua, sed vita, *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* (Gal 6,14), clamat ad Christum. Qui dispergit, et dat pauperibus, ut iustitia eius maneat in saeculum saeculi (cf. Ps 111, 9), clamat ad Christum. Qui enim audit, et non surdus audit, *Res vestras*

raos bolsos que no envejecen, un tesoro indefectible en el cielo: como si oyese el sonido de los pasos de Cristo que pasa, grite el ciego por estas cosas, es decir, hágalas realidad. Su voz sean sus hechos. Comience a despreciar al mundo, a distribuir sus cosas al necesitado, a tener en nada lo que los hombres aman; desprecie las injurias, no apetezca la venganza, prepare la otra mejilla al que le hiere, ore por los enemigos; si alguien le quitare lo suyo, no lo exija; si, al contrario, hubiere quitado algo a alguien, devuélvale el cuádruplo.

13. Una vez que ha comenzado a hacer esto, todos sus familiares, parientes y amigos se alborotan. Quienes aman el mundo se le ponen en contra. «¿Es que te has vuelto loco? No te pases; ¿acaso los demás no son cristianos? Esto es una idiotez, una locura». Otras cosas como éstas grita la turba para que los ciegos no clamen. La turba reprendía a los que clamaban, pero no tapaba sus clamores. Comprendan lo que han de hacer quienes desean ser curados. También ahora pasa Jesús; los que se hallan a la vera del camino, griten. Tales son los que le honran con los labios, pero su corazón está alejado de Dios. Están a la vera del camino aquellos de corazón contrito a quienes dio órdenes el Señor. En efecto, siempre que se nos leen las obras transitorias del Señor se nos muestra a Jesús que pasa. Hasta el fin del mundo no faltarán ciegos sentados a la vera del camino. Es necesario que levanten su voz. La muchedumbre que acompañaba al Señor reprendía el clamor de los que buscaban la salud. Hermanos, ¿os dais cuenta de lo que

vendite, et date pauperibus; facite vobis sacculos non veterascentes, thesaurum non deficientem in caelo (Lc 12,33): tanquam vestigiorum sonitum Christi transeuntis audiens clamet ad haec caecus, id est, faciat ista. Vox eius in factis sit. Incipiat mundum contemnere, inopi sua distribuere, pro nihilo habere quae homines amant; contemnat iniurias, non appetat vindicari, paret maxillam percutienti, oret pro inimicis; si quis ei abstulerit sua, non repetat; si quid alicui abstulerit, reddat quadruplum.

Caput XIV.—13. *Turba prohibens clamare.*—Cum ista facere coeperit, omnes sui cognati, affines, amici commoventur. Qui diligunt saeculum, contradicunt. Quid insanis? Nimius es: numquid alii non sunt christiani? Ista stultitia est, ista dementia est. Et cetera talia turba clamat, ne caeci clament. Turba clamantes corripiebat: sed eorum clamores non vincebat. Intellegant quid faciant, qui volunt sanari. Et nunc Iesus transit: qui iuxta viam sunt, clament. Hi sunt enim qui labiis honorant, cor autem eorum longe est a Deo (cf. Is 29,13). Ipsi sunt iuxta viam, quibus praecipit Dominus obtritis corde. Nam cum recitantur ea quae fecit Dominus transeuntia, semper nobis exhibetur transiens Iesus. Quia usque in finem saeculi non desunt caeci sedentes ad viam. Opus ergo est ut clament illi iuxta viam sedentes. Turba quae cum Domino erat, compescebat clamorem quaerentium sanitatem. Fratres, videtis quid dicam? Nescio enim quomodo dicam: sed plus nescio quomodo taceam. Hoc dico, et aperte

digo? No sé cómo decirlo, pero tampoco sé cómo callar. Esto es lo que digo y lo digo abiertamente: Temo a Jesús en cuanto pasa y en cuanto permanece, y por eso no puedo callar. Los buenos cristianos, los realmente entusiastas y deseosos de cumplir los preceptos de Dios escritos en el Evangelio, se sienten impedidos por los cristianos malos y tibios. La misma muchedumbre de los que están con el Señor les prohíbe clamar, es decir, les prohíbe obrar el bien, no sea que con su perseverancia sean curados. Clamen ellos, no se cansen ni se dejen como arrastrar por la autoridad de la masa; no imiten siquiera a los que, siendo cristianos desde antiguo, viven mal y sienten envidia de las buenas obras. No digan: «Vivamos como vive tan gran multitud». ¿Por qué no como ordena el Evangelio? ¿Por qué quieres vivir conforme a la reprensión de la turba que le impide gritar y no conforme a las huellas de Cristo que pasa? Te insultarán, te vituperarán, te llamarán para que vuelvas atrás; tú grita hasta que tu grito llegue a los oídos de Jesús. Pues quienes perseveren en el hacer lo que ordenó Cristo, sin hacer caso de la muchedumbre que lo prohíbe, y no se sobrevaloren por el hecho de que parecen seguir a Jesús, es decir, por llamarse cristianos, sino que tienen mayor amor a la luz que Cristo les ha de restituir que temor al estrépito de los que lo prohíben, en modo alguno se verán separados; Cristo se detendrá y los sanará.

14. ¿De qué forma serán sanados nuestros ojos? Del mismo modo que por la fe experimentamos a Cristo que pasa en el tiempo de esta dispensación temporal, así hemos de comprender a Cristo que se detiene en la eternidad inmutable. El ojo

dico. Timeo enim Iesum transeuntem et manentem: et ideo tacere non possum. Bonos Christianos, vere studiosos, volentes facere praecepta Dei, quae in Evangelio scripta sunt, Christiani mali et tepidi prohibent. Turba ipsa quae cum Domino est, prohibet clamantes; id est, prohibet bene operantes, ne perseverando sanentur. Clament illi, non deficiant, neque ducantur quasi auctoritate turbarum; nec eos qui priores christiani facti sunt, male viventes, et bonis operibus invidentes imitentur. Non dicant: Quomodo isti vivunt tam multi, sic vivamus. Quare non potius quomodo dicit Evangelium? Quare vis vivere secundum increpationem turbae prohibentis, et non secundum vestigia Domini transeuntis? Insultabunt, vituperabunt, revocabunt: tu clama quo usque pervenias ad aures Iesu. Nam qui perseveraverint in faciendo talia qualia praecepit Christus, et non attenderint turbas prohibentes, neque magnipenderint quod Christum videntur sequi, id est, quod christiani appellantur; sed plus amaverint lucem quam Christus est redditurus, quam timuerint strepitum prohibentium; nullo modo separabuntur, et stabit Iesus, et **[547]** sanabit eos.

Caput XV.—14. *Quomodo oculi sanantur. Stare Iesum quid.*—Quomodo enim sanantur oculi nostri? Quomodo per fidem sentimus Christum transeuntem temporali dispensatione; sic intellegamus Christum stantem

recibe su curación cuando comprende que Cristo es Dios. Entienda esto vuestra caridad; poned atención al gran misterio que voy a decir. Todo lo realizado en el tiempo por nuestro Señor Jesucristo nos inculca la fe. Creemos en el Hijo de Dios; no sólo en el Verbo por quien fueron hechas todas las cosas, sino también en el Verbo hecho carne para habitar en medio de nosotros, nacido de María la Virgen y las demás cosas contenidas en la fe [8], que se nos han manifestado para que Cristo pasara y para que los ciegos, al oír el ruido de sus pasos, gritaran con sus obras, manifestando con la vida la profesión de su fe. Ya se detiene Jesús para sanar a los que gritan. En efecto, ya ve a Cristo detenido el que dice: *Y si habíamos conocido a Cristo según la carne, ahora ya no le conocemos*. En la medida en que es posible en esta vida, veía la divinidad de Cristo. Existe la divinidad de Cristo y existe su humanidad. La divinidad se detiene, la humanidad pasa. ¿Qué significa el que la divinidad se detiene? No cambia, no se destruye, no retrocede. Su venida a nosotros no significó separarse del Padre; ni su ascensión el moverse localmente. Tomada la carne, cambió de lugar; Dios, en cambio, ni siquiera cambia de lugar al tomar la carne, porque no reside en lugar alguno. Seamos tocados por Cristo que se detiene y sanen nuestros ojos. ¿Los ojos de quiénes? Los de aquellos que claman cuando él pasa, es decir, los de quienes obran bien mediante aquella fe que se nos ha dispensado en el tiempo para instruirnos a nosotros, párvulos todavía.

incommutabili aeternitate. Ibi enim sanatur oculus, quando intellegitur Christi divinitas. Percipiat hoc Caritas vestra: attendite quod dicam grande sacramentum. Omnia temporaliter gesta a Domino nostro Iesu Christo, fidem nobis inserunt. Credimus in Filium Dei, non solum in Verbum per quod facta sunt omnia; sed in ipsum Verbum factum carnem, ut habitaret in nobis, natum de virgine Maria, et cetera quae fides habet, quae nobis exhibita sunt, ut Christus transiret, et ut caeci vestigia transeuntis audientes, clamarent operibus, vita professionem fidei commemorantes. Iam ut clamantes sanentur, stat Iesus. Etenim iam stantem videt Iesum, qui dicit: *Et si noveramus Christum secundum carnem, sed iam nunc non novimus* (2 Cor 5,16). Christi enim divinitatem videbat, quantum in hac vita potest. Est divinitas Christi, est humanitas Christi. Divinitas stat, humanitas transit. Quid est, Divinitas stat? Non mutatur, non convellitur, non recedit. Non enim sic ad nos venit, ut a Patre discederet: nec ita ascendit, ut loco moveretur. Assumpta carne, locum mutavit: Deus autem assumens carnem, quia in loco non est, nec mutat locum. Tangamur stante Christo, sanentur oculi nostri. Sed quorum oculi? Clamantium scilicet, cum transit: id est, bene operantium per eam fidem, quae dispensata est temporaliter ad erudiendos nos parvulos.

[8] Es decir, el Símbolo de la fe.

15. Una vez sanados los ojos, ¿qué podemos tener de más valor, hermanos? Gozan los que ven esta luz que ha sido hecha, la que refulge desde el cielo o la que procede de una antorcha. ¡Y cuán desgraciados se sienten los que no pueden verla! ¿Por qué hablo yo, por qué digo esto, sino para exhortaros a clamar cuando pasa Jesús? Exhorto a vuestra caridad a amar la luz que quizá no veis. Creed, mientras dura vuestra ceguera, y clamad para llegar a ver. ¡Cuán grande se considera la desdicha de los hombres que no ven esta luz corporal! Si alguien ha perdido los ojos, inmediatamente se dice: «Airó a Dios, algo malo hizo». Esto decía la mujer de Tobías a su esposo. Gritaba él a causa del cabrito, ¡que no procediese de un hurto!; no quería oír en su casa el sonido siquiera de esta palabra; ella, defendiendo su acción, golpeaba al marido con la afrenta. Al decirle él: «Devuélvelo, si es consecuencia de un hurto», ella le respondía: «¿Dónde está tu justicia?» ¡Cuán ciega estaba la que defendía el hurto; y cuánta luz no veía el que ordenaba restituir lo robado! Ella se hallaba fuera a la luz del sol; él dentro ante la luz de la justicia. ¿Quién de ellos se hallaba en una luz mejor?

4. Acércate a la gracia [6]. Te es posible, pues se ha escrito: *Les dio potestad para hacerse hijos de Dios*. Comienza a ser hijo, tú que, aunque eras mal siervo, habías empezado a estar en la gran casa. Imagina que eres hijo en la casa donde comenzaste como siervo; basta que se te perdonen los pecados que llevas. ¿Por qué temes los que todavía no has cometido, y no temes los que ya has realizado? Cuando hayas sido renovado por la remisión de los pecados, de todos los pasados, si se te concede una larga vida, vive de tal forma que las buenas obras

nomen invocatur; sed adhuc sarcinam peccatorum suorum portat: nondum dimissa sunt, quia non dimittuntur nisi in sancto baptismate. Et non dicat sibi: Timeo fieri fidelis, ne peccem postea. Ut enim non peccet postea, habet in potestate: ut non peccaverit, numquid habet in potestate? Habet quod faciat, ut non peccet: quid facit, ut non peccaverit? Quod enim factum est, factum est: praeterita non potes facere non facta: quae autem futura sunt, potes non facere. Quare ergo perverso consilio a diabolo seducitur? Futura peccata timet, quae nondum admittit; praeterita non timet, quae portat commissa. Illa nondum fecisti, ista iam premunt te; forte illa non *(418)* facies, immo si noles non facies, haec et si velis delere potes. Non possum, inquis. Confuge ergo ad eum, qui illa delet.

4. Veni ad gratiam. Accepisti enim potestatem, quia scriptum est: *dedit eis potestatem filios dei fieri* (Io 1,12). Incipe ergo esse filius, qui eras malus servus, iam tamen in domo magna esse coeperas. Ubi coepisti esse servum, affecta esse filius: donentur tibi peccata quae portas. Quid times quae non sunt, et non times quae sunt? Cum autem per remissionem peccatorum fueris innovatus, dimissis omnibus praeteritis, si accipis hic largum spatium vivendi, ut fidem tuam bona opera consequantur, sic

[5] Recordemos que cuando Agustín, siendo aún niño, enfermó gravemente y solicitó el bautismo, al sobrevenir la mejoría se le difirió por la siguiente razón: «Juzgando que si vivía casi necesariamente iba a mancharme otra vez y que el pecado en los delitos cometidos después del bautismo es mucho mayor y más peligroso» *(Confesiones* I, 11,17).

[6] Es decir, acércate al bautismo.

sigan tu fe, como hijo de la familia de tal padre, sobre el que en cierto modo se invoca el nombre de Dios. Sea ésa tu vida: progresa, menosprecia lo presente, espera lo futuro; sean viles para ti las cosas temporales y resplandezcan las eternas. Sigamos lo mandado por el médico para poder disfrutar de salud eterna, ya que *quien hiciere la voluntad de Dios, permanecerá por siempre, como Dios permanece por siempre.*

SERMON 98

Tema: Resurrección del hijo de la viuda de Naím (Lc 7,11-15).

Lugar: Desconocido.

Fecha: No antes del año 418.

1. Los milagros de nuestro Señor y Salvador sorprenden a quienes los escuchan y los creen. Ciertamente, a unos de una manera y a otros de otra. Algunos, impresionados por los milagros corporales, no aciertan a dirigir su mirada a realidades superiores; otros, en cambio, admiran ahora en las almas lo que oyen que fue hecho en los cuerpos [1]. El mismo Señor dice: *Así como el Padre resucita y vivifica a los muertos, así el Hijo vivifica a quienes quiere.* No que a unos los resucite el Hijo

vive, tamquam factus filius de familia tanti patris familias, **[535]** quasi super quem invocatur nomen dei. Sic vive: profice, contemne praesentia, spera futura; vilescant tibi temporalia, clarescant aeterna. Faciamus medici praecepta, ut aeterna sanitate perfrui mereamur: quia *qui fecerit voluntatem dei, manet in aeternum, quomodo et deus manet in aeternum* (Io 2,17).

SERMO XCVIII **[PL 38,591]**

De verbis Evangelii Lucae, cap. 7,11-15; et de tribus mortuis quos Dominus suscitavit

Caput I.—1. *Miracula Domini in corporibus et in animis.*— Miracula Domini nostri et Salvatoris Christi Iesu, omnes quidem audientes et credentes movent: sed alios atque alios aliter et aliter. Quidam enim corporalia eius miracula stupentes, maiora intueri non norunt: quidam vero ea quae gesta audiunt in corporibus, nunc amplius in animis admirantur. Dicit ipse Dominus, *Sicut enim Pater suscitat mortuos, et vivificat; sic et Filius quos vult, vivificat* (Io 5,21). Non utique alios

[1] Véase la Nota complementaria 5: *Significado profundo de los hechos de Jesús* p.884.

y a otros el Padre; sino que a ambos el Padre y el Hijo, ya que todas las cosas las realiza el Padre por el Hijo. Ningún cristiano dude, por tanto, de que también ahora resucitan muertos. Todo hombre tiene ojos con los cuales puede ver los muertos que resucitan de la forma que resucitó el hijo de la viuda, según acabamos de oír en la lectura del Evangelio. En cambio, no todos los tienen para ver cómo resucitan los muertos en el corazón, a no ser los que ya han resucitado en su propio corazón. Más milagro es resucitar a quien ha de vivir siempre que resucitar a quien volverá a morir.

2. La madre viuda se alegró de la resurrección del joven; la madre Iglesia se alegra diariamente de todos los hombres resucitados en el espíritu. Aquel había muerto en el cuerpo, éstos en el espíritu. La muerte visible del joven se lloraba de forma visible también; la muerte invisible de aquéllos ni se intentaba averiguar ni se veía. La buscó quien conocía a los muertos. Sólo conocía quiénes estaban muertos aquel que podía devolverles la vida. Si no hubiese venido el Señor a resucitar a los muertos, no hubiese dicho el Apóstol: *Levántate, tú que duermes; sal de entre los muertos y te iluminará Cristo.* Escuchas la palabra «durmiente» al decir: *Levántate tú que duermes;* pero has de entender bajo ella «muerto», puesto que escuchas: *Y sal de entre los muertos.* Con frecuencia se llama también durmientes a los que han muerto visiblemente. Ciertamente, para aquel que puede despertarlos, todos están dormidos. El muerto está muerto para ti sólo cuando, por más que le llames, le pellizques o le laceres, no despierta. Para Cristo, en cambio, dormía aquel

Filius, alios Pater; sed eosdem Pater et Filius: quia omnia Pater per Filium. Nemo ergo dubitet qui christianus est, etiam nunc mortuos suscitari. Sed omnis homo habet oculos, quibus videre potest mortuos resurgere ita, ut resurrexit filius huius viduae, qui modo ex Evangelio recitatus est: unde autem videant homines resurgere mortuos in corde, non omnes habent, nisi qui iam resurrexereunt in corde. Amplius est resuscitare semper victurum, quam suscitare iterum moriturum.

Caput II.—2. *Mortuorum duo genera.*—De iuvene illo resuscitato gavisa est mater vidua: de hominibus in spiritu quotidie suscitatis gaudet mater Ecclesia. Ille quidem mortuus erat corpore; illi autem mente. **[592]** Illius mors visibilis visibiliter plangebatur: illorum mors invisibilis nec quaerebatur, nec videbatur. Quaesivit ille qui noverat mortuos: ille solus noverat mortuos, qui poterat facere vivos. Nisi enim ad mortuos suscitandos Dominus venisset, non Apostolus diceret: *Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus* (Eph 5,14). Dormientem audis, cum dicit, *Surge, qui dormis:* sed mortuum intellege, cum audis: *Et exsurge a mortuis.* Dicti sunt saepe dormientes et mortui visibiliter. Et plane omnes, ei qui potest excitare, dormiunt. Mortuus enim tibi mortuus est, qui quantumlibet pulses, quantumlibet vellices, quantumlibet lanies, non expergiscitur. Christo autem ille dormiebat, cui dictum est:

a quien se dijo *Levántate* e inmediatamente lo hizo. En efecto, nadie hace salir con tanta facilidad a uno del lecho como Cristo le hizo salir del sepulcro.

3. Encontramos tres resurrecciones efectuadas de forma visible por el Señor y una multitud de ellas invisibles. Pero ¿quién sabe cuántos muertos resucitó visiblemente? Dice Juan: *Muchas otras cosas realizó Jesús que, si fuesen escritas, juzgo que todo el mundo no podría contener los libros.* Sin duda, fueron muchos los resucitados, pero no en vano se mencionan sólo tres. Nuestro Señor Jesucristo quería que se entendiese hecho en los espíritus lo que hacía en los cuerpos. No hacía milagros por hacerlos, sino para que lo que hacía suscitara la admiración de los que los veían y revelasen la verdad a quienes los entendían. Hay quien ve las letras de un códice admirablemente escrito y, sin saber leer, alaba el pulso del artista admirando la belleza de los caracteres. Pero no sabe qué quieren decir o qué significan, convirtiéndose en elogiador de lo que ve con los ojos sin llegar a comprenderlo con la mente. Otro, en cambio, al mismo tiempo admira la obra de arte y entiende lo significado [2]. Es aquel que no sólo puede ver, lo cual es común a todos, sino también leerlo, lo que no es posible a quien no aprendió a leer. Así también, los que vieron los milagros de Cristo y no entendieron lo que significaban ni lo que insinuaban a quienes eran capaces de comprenderlos, se admiraron del solo hecho;

Surge; et continuo surrexit. Nemo tam facile excitat in lecto, quam facile Christus in sepulcro.

Caput III.—3. *Tres mortui a Domino suscitati. Miracula Christi propter significationem facta. Apta similitudo.*—Tres autem mortuos invenimus a Domino resuscitatos visibiliter, millia invisibiliter. Quot autem mortuos visibiliter suscitaverit, quis novit? Non enim omnia quae fecit scripta sunt: Ioannes hoc dicit: *Multa alia fecit Iesus, quae si scripta essent, arbitror totum mundum non posse libros capere* (Io 21,25). Multi ergo sunt alii sine dubio suscitati: sed non frustra tres commemorati. Dominus enim noster Iesus Christus ea quae faciebat corporaliter, etiam spiritualiter volebat intellegi. Neque enim tantum miracula propter miracula faciebat: sed ut illa quae faciebat mira essent videntibus, vera essent intellegentibus. Quemadmodum qui videt litteras in codice optime scripto, et non novit legere, laudat quidem antiquam manum admirans apicum pulchritudinem; sed quid sibi velint, quid indicent illi apices nescit: et est oculis laudator, mente non cognitor: alius autem et laudat artificium, et capit intellectum; ille utique qui non solum videre quod commune est omnibus potest, sed etiam legere; quod qui non didicit, non potest. Ita qui viderunt Christi miracula, et non intellexerunt quid sibi vellent, et quid intellegentibus quodam modo innuerent, mirati sunt tantum quia facta sunt: alii vero et facta mirati, et intellecta assecuti. Tales nos in

[2] El mismo ejemplo lo encontramos en *Tratados sobre el Evangelio de San Juan* 24,2. Véase también la nota anterior.

otros admiraron el hecho y, además, comprendieron lo que significaban. Como éstos debemos ser nosotros en la escuela de Cristo. Quien dice que Cristo realizó los milagros por ellos mismos, sin significación alguna, puede decir que tampoco sabía que no era tiempo de frutos cuando fue a buscar higos en la higuera. Según atestigua el evangelista, no era aquel el tiempo de los frutos y, sin embargo, al sentir hambre se acerca a la higuera. ¿Acaso ignoraba Cristo lo que sabía el hortelano? ¿Lo que sabía el cultivador del árbol, no lo conocía quien fue su creador? Por consiguiente, si, al sentir el hambre, buscó frutos en el árbol, quería significar que él sentía hambre de otra cosa y buscaba algo más. Encontrando la higuera llena de hojas, pero sin fruto, la maldijo y se secó. ¿Qué había hecho de malo el árbol no dando fruto? ¿Qué culpa tenía de ser infecundo? Su condición no le permite dar fruto según voluntad. La esterilidad es culpable sólo cuando la fecundidad es voluntaria. Así eran los judíos, que poseían las palabras de la ley, pero no poseían hechos; producían muchas hojas, pero ningún fruto.

Os he dicho esto con el fin de persuadiros de que nuestro Señor Jesucristo realizó los milagros para significar algo con ellos de forma que, exceptuando su ser algo admirable, grande y divino, aprendiésemos otra cosa en ellos.

4. Veamos ahora qué quiso que aprendiéramos en los tres muertos que resucitó. Resucitó a la hija del jefe de la sinagoga, cuya curación se le había pedido cuando aún estaba enferma. Hallándose en camino a casa, se le anuncia su muerte. Y como

schola Christi esse debemus. Qui enim dicit Christus propterea tantum fecisse miracula, ut non essent nisi miracula, potest illum dicere etiam nescire quod non esset tempus pomorum, quando ficus quaesivit in arbore. Non enim erat illius pomi tempus, sicut Evangelista testatur: et tamen esuriens poma quaesivit in arbore. Christus nesciebat, quod rusticus sciebat? Quod noverat arboris cultor, non noverat arboris creator? Cum ergo esuriens poma quaesivit in arbore, significavit se aliquid esurire, et aliquid aliud quaerere: et arborem illam sine fructu foliis plenam reperit, et maledixit; et aruit. Quid arbor fecerat fructum non afferendo? (Mt 21, 18.19; Mc 11,3). Quae culpa arboris infecunditas? Sed sunt qui fructum voluntate dare non possunt. Illorum est culpa **[593]** sterilitas, quorum fecunditas est voluntas. Erant ergo Iudaei habentes verba Legis et facta non habentes, pleni foliis et fructus non ferentes. Hoc dixi, ut persuaderem Dominum nostrum Iesum Christum ideo miracula fecisse, ut aliquid illis miraculis significaret, ut excepto eo quod mira et magna et divina erant, aliquid inde etiam disceremus.

Caput IV.—4. *Trium mortuorum suscitatio.*—Videamus ergo quid nos discere voluit in tribus mortuis, quos suscitavit. Resuscitavit filiam mortuam Archisynagogi, ad quam aegrotantem petebatur, ut eam de aegritudine liberaret. Et cum pergit, mortua nuntiatur; et quasi iam

si su fatiga fuese ya vana, se le comunica al padre: *La niña ha muerto, ¿por qué molestas todavía al Maestro?* Jesús prosiguió su camino y dijo al padre de la joven: *No temas, cree solamente.* Cuando llegó a casa, lo encontró todo dispuesto para los funerales. *No lloréis,* les dijo; *la joven no está muerta, sino que duerme.* Y dijo la verdad: dormía, pero sólo para aquel que tenía el poder de resucitar. Una vez resucitada, se la devuelve viva a sus padres.

También resucitó a un joven, hijo de una viuda, sobre el cual acabamos de ser instruidos para poder decir a vuestra caridad lo que el mismo Señor quiera inspirarme. Acabasteis de oír cómo lo resucitó. Se acercaba el Señor a la ciudad cuando sacaban al muerto de la casa. Conmovido de misericordia por las lágrimas de la madre viuda y privada de su único hijo, hizo lo que habéis oído, diciendo: *Joven, yo te lo ordeno, levántate.* Resucitó el difunto, comenzó a hablar y se lo entregó a su madre. Resucitó igualmente a Lázaro, pero del sepulcro. A los discípulos con quienes hablaba, que sabían que Lázaro, amado con predilección por el Señor, estaba enfermo, les dice: *Lázaro, nuestro amigo, duerme.* Pensando que era un sueño reparador de la salud, le responden: *Señor, si duerme, está curado.* Y él, de forma ya más clara: *Nuestro amigo Lázaro está muerto.* Diciendo la verdad una y otra vez: para vosotros está muerto, mas para mí duerme.

5. Estos tres géneros de muertos corresponden a las tres clases de pecadores que Cristo resucita también hoy. La hija del

frustra fatigaretur, renuntiatum est patri eius: *Puella mortua est, quid adhuc fatigas Magistrum?* Ille autem perrexit, et ait patri puellae: *Noli timere, tantummodo crede.* Venit ad domum, et invenit iam obsequia funeri debita praeparata; et dicit illis: *Nolite fiere, non enim est mortua puella, sed dormit.* Verum dixit: dormiebat, sed illi a quo poterat excitari. Hanc excitans, reddidit vivam parentibus (cf. Mc 5,22-43). Excitavit et hunc iuvenem viduae filium, de quo nunc admoniti sumus, ut hinc ista quae ipse largiri dignatur, cum vestra Caritate loqueremur. Modo audistis quomodo excitatus est. Appropinquabat Dominus civitati; et ecce efferebatur mortuus iam extra portam. Misericordia commotus, quod flebat mater vidua et destituta unico filio, fecit quod audistis, dicens: *Adolescens, tibi dico, surge* (Lc 7,14). Surrexit ille mortuus, coepit loqui; et reddidit illum matri suae. Excitavit et Lazarum de sepulcro. Et ibi cum aegrotantem scirent discipuli cum quibus loquebatur (diligebat autem illum): *Lazarus,* inquit, *amicus noster dormit.* Illi putantes aegri somnum salubrem: *Si dormit,* inquiunt, *Domine, salvus est.* Et ille: *Dico vobis,* apertius iam loquens, *Lazarus amicus noster mortuus est* (Io 11, 11-44). Utrumque verum dicens: Mortuus est vobis, dormit mihi.

Caput V.—5. *Tria peccatorum genera, tribus illis mortuis figurata. Consuetudo mala.*—Ista tria genera mortuorum, sunt tria genera peccatorum, quos hodieque suscitat Christus. Illa enim mortua filia Archisyn-

jefe de la sinagoga se hallaba muerta dentro de casa; aún no la habían sacado al exterior. Allí la resucitó y entregó viva a sus padres. El joven ya no estaba en casa, pero tampoco en el sepulcro; había salido de la casa, pero aún no había sido sepultado. Quien resucitó a la difunta en la casa, resucitó a quien había salido ya de ella, pero aún no había sido sepultado. Sólo faltaba el tercer caso: que fuera resucitado estando en el sepulcro; esto lo realizó en Lázaro.

Hay personas que han pecado ya en su corazón, pero no se ha hecho aún realidad exterior. Un tal se sintió afectado por cierto deseo. El mismo Señor dice: *Quien viere a una mujer, deseándola, ya adulteró con ella en su corazón.* Todavía no ha habido contacto corporal y ya consintió en su corazón. Tiene el muerto en su interior; aún no lo ha sacado fuera. Pues bien, esto acontece, según sabemos, y a diario lo experimentan en sí los hombres cuando, oyendo en alguna ocasión como que la palabra de Dios les dice: *Levántate,* se condena el consentimiento al pecado y se respira salud y justicia. Resucita el muerto en la casa y revive el corazón en el secreto de la conciencia. Se produjo esta resurrección del alma muerta en el secreto de la conciencia; caso idéntico a aquel que resucitó dentro de su casa.

Hay otros que, después de haber consentido, pasan al hecho; es el caso paralelo a quienes sacan fuera al muerto, para que aparezca a las claras lo que permanecía oculto. ¿Han de perder la esperanza estos que pasaron a la acción? ¿No se le dijo a aquel joven: *Yo te lo ordeno, levántate?* ¿No fue devuelto a su madre? Luego así también quien pecó de hecho, si amo-

agogi intus erat in domo, nondum erat de secretis parietibus elata in publicum. Ibi intus suscitata est, viva parentibus reddita. Iste autem iam quidem non in domo, sed tamen nondum in sepulcro, parietibus elatus erat, terrae mandatus non erat. Qui suscitavit mortuam nondum elatam, suscitavit mortuum iam elatum, nondum sepultum. Tertium restabat, ut et sepultum suscitaret: et hoc fecit in Lazaro. Sunt ergo qui peccatum intus in corde habent, in facto nondum habent. Nescio quis commotus est aliqua concupiscentia. Dicit enim ipse Dominus: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo* (Mt 5,28). Nondum accessit corpore, consensit in corde: mortuum intus habet, nondum extulit. Et ut fit, ut novimus, ut quotidie homines in se experiuntur, aliquando audito verbo Dei, tanquam Domino dicente: Surge; condemnatur consensus ad iniquitatem, respiratur in salutem atque iustitiam. **[594]** Surgit mortuus in domo, reviviscit cor in cogitationis secreto. Facta est ista resurrectio animae mortuae intus intra latebras conscientiae, tanquam intra domesticos parietes. Alii post consensum eunt in factum, tanquam efferentes mortuum, ut quod latebat in secreto, appareat in publico. Numquid iam isti, qui in factum processerunt, desperati sunt? Nonne et illi iuveni dictum est: *Tibi dico, surge?* (Lc 7,14). Nonne et

nestado y afectado por la palabra de la verdad se levanta ante la palabra de Cristo, resucita también. Pudo avanzar en el pecado, pero no perecer para siempre.

Quienes a fuerza de obrar mal se enredan en la mala costumbre de forma que la misma mala costumbre no les deja ver el mal, se convierten en defensores de sus malas acciones, comportándose como los sodomitas, que en otro tiempo replicaron al justo que les reprendía su perverso deseo: *Tú viniste a vivir con nosotros, no a dar leyes.* Tan arraigada estaba allí la costumbre de la nefanda torpeza, que la maldad les parecía justicia hasta reprender antes al que la prohibía que al que la obraba. Los tales, sometidos a tan perversa costumbre, están como sepultados. Pero ¿qué he de decir, hermanos? De tal forma sepultados que se les podría aplicar lo que se dijo de Lázaro: *Ya hiede.* La piedra colocada sobre el sepulcro es la fuerza oprimente de la costumbre que aprisiona al alma y no le permite ni levantarse ni respirar.

6. De Lázaro se dijo que llevaba cuatro días muerto. En efecto, el alma llega a esta costumbre de la que estoy hablando como en cuatro etapas. La primera consiste en la seducción del placer en el corazón. La segunda en el consentimiento. La tercera es ya la realización y la cuarta la costumbre. Hay quienes rechazan tan radicalmente con sus mismos pensamientos las cosas ilícitas que ni siquiera se deleitan en ellas. Existen quienes se deleitan, pero no consienten; habría de decirse que la muerte no es perfecta, pero que en cierto modo se ha iniciado ya.

ille redditus est matri suae? Sic ergo et qui iam fecerit, si forte commonitus et commotus verbo veritatis ad Christi vocem resurgit, vivus redditur. Potuit progredi, in aeternum perire non potuit. Qui autem faciendo quod malum est, etiam mala consuetudine se implicant, ut ipsa consuetudo mali non eos sinat videre quia malum est, fiunt defensores malorum factorum suorum: irascuntur cum reprehenduntur; in tantum ut Sodomitae quondam dicerent viro iusto reprehendenti nequissimam voluntatem: *Habitare venisti, non leges dare* (Gen 19,9). Tanta ibi nefandae turpitudinis consuetudo erat, ut iam nequitia esset iustitia, et prohibitor potius reprehenderetur quam factor. Tales consuetudine maligna pressi, tanquam sepulti sunt. Sed quid dicam, fratres? Ita sepulti, ut de Lazaro dictum est: *Iam putet* (Io 11,39). Moles illa imposita sepulcro, ipsa est vis dura consuetudinis, qua premitur anima, nec surgere, nec respirare permittitur.

Caput VI.—6. *Quattuor in peccatis progressus.*—Dictum est autem: *Quatriduanus est* (ib.). Revera ad istam consuetudinem de qua loquor, quarto quodam progressu pervenit anima. Prima est enim quasi titillatio delectationis in corde; secunda, consensio; tertium, factum; quarta, consuetudo. Sunt enim qui res illicitas obvias cogitationibus suis prorsus ita abiciunt, ut nec delectentur. Sunt qui delectantur, et non consentiunt: nondum perfecta mors est, sed quodam modo inchoata. Delectationi acce-

Si el consentimiento sigue a la delectación, ahí está la condenación. Tras el consentimiento, se procede al hecho y el hecho conduce a la costumbre, provocando una cierta pérdida de esperanza, por lo cual se dice: *Lleva cuatro días, ya hiede.*

Llega el Señor para quien todo es fácil y te presenta alguna dificultad. Se estremeció en su espíritu y mostró que quienes se han endurecido tienen necesidad del gran grito de la corrección. Sin embargo, ante la simple voz del Señor que llamaba se rompieron los lazos de la necesidad. Tembló el poder del infierno y Lázaro fue devuelto vivo. También libera el Señor a los que por la costumbre llevan cuatro días muertos, pues para él, que quería resucitarle, Lázaro sólo dormía. Pero ¿qué dice? Observad cómo fue la resurrección. Salió vivo del sepulcro, pero no podía caminar. Y Jesús dice a sus discípulos: *Desatadlo y dejadlo ir.* El resucitó al muerto y los otros lo desataron. Ved que algo es propio de la majestad divina que resucita. Alguien, enfangado en la mala costumbre, es reprendido por la palabra de la verdad. Pero ¡cuántos han sido reprendidos por ella y no la escuchan! ¿Quién actúa en el interior de quien la oye? ¿Quién comunica la vida interior? ¿Quién es el que aleja la muerte secreta y otorga la vida también secreta? ¿No es verdad que después de las reprensiones y recriminaciones quedan los hombres solos con sus pensamientos y comienzan a reflexionar sobre la mala vida que llevan y la opresión que, por la pésima costumbre, soportan? Después, descontentos de sí mismos, deciden cambiar de vida. Resucitaron; revivieron quienes se hallaron descontentos de la vida anterior; mas, no obs-

dit consensio: iam est illa damnatio. Post consensionem in factum proceditur: factum in consuetudinem vertitur: et fit quaedam desperatio, ut dicatur: *Quatriduanus est, iam putet.* Venit ergo Dominus, cui utique facilia erant omnia; et difficultatem quamdam ostendit tibi. Infremuit spiritu, ostendit multo clamore obiurgationis opus esse ad eos qui consuetudine duruerunt. Tamen ad vocem clamantis Domini, rupta sunt vincula necessitatis. Tremuit inferni dominatio, redditus est Lazarus vivus. Liberat enim et de mala consuetudine Dominus quatriduanos mortuos: nam et ipse quatriduanus Christo volenti resuscitare dormiebat. Sed quid ait? Videte genus resuscitationis. Processit de monumento vivus, et ambulare non poterat. Et Dominus ad discipulos: *Solvite eum, et sinite abire* (ib., 44). Ille suscitavit mortuum, illi solverunt ligatum. Aliquid pertinere videte ad propriam maiestatem Dei sus**[595]**citantis. Increpatur aliquis in mala consuetudine positus, verbo veritatis. Quam multi increpantur et non audiunt! Quis ergo agit intus cum illo qui audit? Quis vitam inspirat intrinsecus? Quis est qui secretam pellit mortem, secretam dat vitam? Nonne post obiurgationes, post increpationes dimittuntur homines cogitationibus suis, et incipiunt secum volvere quam malam vitam gerant, quam pessima consuetudine premantur? Deinde displicentes sibi, mutare vitam instituunt. Resurrexerunt isti; revixerunt quibus displicet quod fuerunt:

tante haber revivido, no pueden caminar. Les atan los lazos de sus culpas. Es, pues, necesario que quien ha recobrado la vida sea desatado y se le permita andar. Esta función la otorgó el Señor a sus discípulos cuando les dijo: *Lo que desatareis en la tierra, quedará desatado en el cielo.*

7. Amadísimos, oigamos esto de forma que quienes están vivos sigan viviendo y quienes se hallan muertos recobren la vida. Si el pecado está en el corazón y aún no ha salido fuera, haga penitencia, corrija su pensamiento y resucite el muerto en el interior de la conciencia. No pierdas la esperanza ni siquiera en el caso de haber consentido a lo pensado. Si no resucitó el muerto dentro, resucite fuera. Arrepiéntase de lo hecho y resucite rápidamente; no vaya al fondo de la sepultura, no reciba sobre él el peso de la costumbre. Quizá estoy hablando a quien se halla oprimido por la dura piedra de su costumbre, quien se ve atenazado por la fuerza de lo habitual, quien quizá ya hiede de cuatro días. Tampoco éste ha de perder la esperanza: es verdad que está muerto en lo profundo, pero profundo es Cristo. Sabe quebrar con su voz los pesos terrenos, sabe vivificar interiormente y entregarlo a los discípulos para que lo desaten. Hagan penitencia también ellos, pues ningún hedor quedó a Lázaro, vuelto a la vida, no obstante haber pasado cuatro días en el sepulcro. Por tanto, los que gozan de vida, sigan viviendo; si alguien se halla muerto, cualquiera que sea la muerte de las tres mencionadas en que se encuentre, haga lo posible para resucitar cuanto antes.

sed reviviscentes ambulare non possunt. Haec sunt vincula ipsius reatus. Opus est ergo ut qui revixit, solvatur, et ire permittatur. Hoc officium discipulis dedit, quibus ait: *Quae solveritis in terra, soluta sunt et in caelo* (Mt 18,18).

Caput VII.—7. *Resurgendum celeriter a peccato.*—Haec ergo, carissimi, sic audiamus, ut qui vivunt, vivant; qui mortui sunt, reviviscant. Sive adhuc peccatum in corde conceptum est, et non processit in factum; paeniteat, corrigatur cogitatio, surgat mortuus intra domum conscientiae. Sive iam quod cogitavit admisit; nec sic desperetur. Non surrexit mortuus intus, surgat elatus. Paeniteat facti, de proximo reviviscat: non eat in profundum sepulturae, non accipiat desuper consuetudinis molem. Sed forte iam illi loquor, qui iam duro sui moris lapide premitur, qui iam urgetur consuetudinis pondere, qui iam quatriduanus putet. Nec ipse desperet: profundus mortuus est, sed altus est Christus. Novit clamando terrena onera rumpere, novit intrinsecus per se ipsum vivificare, solvendum discipulis tradere. Agant etiam tales paenitentiam. Neque enim Lazaro resuscitato post quatriduum ullus putor in vivente remanserat. Ergo qui vivunt, vivant: quicumque autem mortui sunt, in quacumque harum trium morte se invenerint, agant ut celeriter iam resurgant.

SERMON 99

Tema: La pecadora que lava los pies de Jesús (Lc 7,36-50).

Lugar: Desconocido.

Fecha: Hacia el año 412.

1. Con la certeza de que Dios quiere que hablemos del tema de la lectura divina hodierna, con su ayuda ofreceré a vuestra caridad un sermón sobre la remisión de los pecados. Oísteis con suma atención el Evangelio cuando se leía y todo lo narrado en él apareció ante los ojos de vuestro corazón. Y habéis visto no con los ojos de la carne, sino con la mente, a Jesucristo el Señor recostado a la mesa en casa del fariseo. Invitado por él, no rehusó la invitación. Visteis también que una mujer, muy famosa en la ciudad, con mala fama ciertamente, pecadora, sin estar invitada, se introdujo en el banquete al que asistía su médico, buscando la salvación con piadosa desvergüenza. Se introdujo intempestivamente en él, aunque muy oportunamente para su provecho, pues conocía la gravedad de su enfermedad y que se acercaba a quien la podía curar. Se acercó no a la cabeza del Señor, sino a sus pies, y la que durante mucho tiempo había andado extraviada, buscaba las huellas auténticas. Primero derramó lágrimas, sangre de su corazón, y lavó los pies del Señor en señal de arrepentimiento. Los

SERMO XCIX **[PL 38,595]**

DE VERBIS EVANGELII LUCAE, CAP. 7,36-50: «ET ECCE MULIER QUAE ERAT IN CIVITATE PECCATRIX», ETC. DE REMISSIONE PECCATORUM, CONTRA DONATISTAS

CAPUT I.—1. *Mulier pecatrix ad pedes Domini recumbentis.*— Quod admonemur Domini eloquiis de divinis lectionibus, hinc credentes Deum velle nos loqui, proferimus Caritati vestrae, illo adiuvante, sermonem de remissione peccatorum. Evangelium enim cum legeretur, attentissime audistis, et res gesta narrata atque versata est ante oculos cordis vestri. Vidistis enim, non carne, sed mente, Dominum Iesum Christum in domo Pharisaei recumbentem, et ab illo invitatum non fastidientem. Vidistis etiam mulierem in civitate famosam, mala utique fama, quae erat peccatrix, non invitatam irruisse convivio, ubi suus medicus recumbebat, et quaesisse pia impudentia sanitatem. Irruens quasi importuna convivio, opportuna **[596]** beneficio (noverat enim quanto morbo laboraret, et illi sanando idoneum esse ad quem venerat, sciebat): accessit ergo, non ad caput Domini, sed ad pedes, et quae diu male ambulaverat, vestigia recta quaerebat. Prius fudit lacrimas, sanguinem cordis, et lavit Domini pedes

secó con sus cabellos, los besó y los ungió. Hablaba en silencio. No pronunciaba palabra alguna, pero mostraba gran veneración.

2. Dado que tocó al Señor regando, besando, secando y ungiendo sus pies, el fariseo que había invitado a nuestro Señor Jesucristo y que pertenecía a aquella clase de hombres soberbios de quienes Isaías había dicho: *Que afirman: huye lejos de mí, no me toques, pues estoy limpio.* Pensó que el Señor no había conocido a la mujer; pensaba y decía en su interior: *Si éste fuese profeta, sabría qué mujer se le ha acercado a los pies.* Creyó que no la conocía porque no la rechazó ni le prohibió acercarse y permitió ser tocado por una pecadora. ¿De qué deducía él que Jesús no la había conocido? ¿Qué dirás? ¿Qué iba a pasar en caso de saberlo, oh fariseo que invitaste al Señor y ahora te burlas de él? Alimentas al Señor y no sabes por quién has de ser alimentado tú. ¿De dónde deduces que él no sabía quién era aquella mujer, sino de que toleró que le besara los pies, se los secara y ungiera? Si tal mujer se hubiera acercado a los pies del fariseo, hubiera dicho las palabras de Isaías respecto a esa gente: *Apártate, no me toques, que estoy limpio.* No obstante, la impura se acercó al Señor para regresar limpia; se acercó enferma, para volver sana; arrepentida, para convertirse en seguidora de Cristo.

3. Oyó el Señor el pensamiento del fariseo. De este hecho pudo comprender ya el fariseo si no podía ver que era peca-

obsequio confessionis. Capillis suis tersit, osculata est, unxit: tacita loquebatur; non sermonem promebat, sed devotionem ostendebat.

CAPUT II.—2. *Pharisaei superbi cogitatio.*—Quia ergo tetigit Dominum, rigando, osculando, tergendo, ungendo pedes eius: Pharisaeus qui invitaverat Dominum Iesum Christum, quia ex illo genere erat hominum superborum, de quibus Isaias propheta dicit: *Qui dicunt: Longe recede a me, noli me tangere, quoniam mundus sum* (Is 65,5); putavit Dominum nescisse mulierem: Hoc apud se cogitabat, et dicebat in corde suo: *Hic si esset propheta, sciret quae mulier illi accessit ad pedes* (Lc 7,39). Ideo eum nescire credidit, quia illam non repulit, quia accedentem non prohibuit, quia tangi se a peccatrice permisit. Nam illum nescisse, unde sciebat? Quid enim si sciebat, o Pharisaee, invitator et irrisor Domini? Dominum pascis, et a quo pascendus sis, non intellegis. Unde scis, nescisse Dominum quae fuerat illa mulier, nisi quia permissa est accedere, nisi quia illo patiente osculata est pedes eius, nisi quia tersit, nisi quia unxit? Haec enim non debuit permitti facere in pedibus mundis mulier immunda? Ad illius ergo pharisaei pedes si talis mulier accessisset, dicturus erat quod Isaias de talibus dicit: *Recede a me, noli me tangere, quoniam mundus sum.* Accessit autem ad Dominum immunda, ut rediret munda: accessit aegra, ut rediret sana: accessit confessa, ut rediret professa.

CAPUT III.—*3. Dominus Pharisaei cogitationem castigat.*—Audivit enim Dominus Pharisaeum cogitantem. Iam hinc intellegat Pharisaeus,

dora, él que podía oír su pensamiento. Le propuso la parábola de dos personas deudoras de un mismo acreedor. También deseaba curarle a él para no comer gratis su pan. Tenía él mismo hambre de aquel que le alimentaba. Deseaba corregirlo, matarlo, comerlo; quería ingerirlo en su cuerpo. Es lo mismo que dijo a la samaritana: *Tengo sed.* ¿Qué quiere decir *tengo sed?* Anhelo tu fe.

Las palabras del Señor en esta parábola van dirigidas a obtener dos efectos: que sane el anfitrión con sus comensales, que al mismo tiempo que lo veían ignoraban al Señor Jesucristo, y que aquella mujer tuviera confianza en su confesión y en adelante no le atormentasen los remordimientos de su conciencia. Y dijo: *Uno debía cincuenta denarios y otro quinientos, y a ambos se los perdonó. ¿Quién le amó más?* Y aquel a quien propuso la parábola respondió lo que la razón le obligaba a responder: *Creo, Señor, que aquel a quien se le perdonó más.* Y volviéndose a la mujer, dijo a Simón: *¿Ves a esta mujer? Entré en tu casa y no me diste agua para lavarme los pies; en cambio, ella me los lavó con sus lágrimas y enjugó con sus cabellos. No me diste el beso de la paz; ella desde que llegó no ha cesado de besar mis pies. No ungiste mi cabeza con perfume; ella ha ungido mis pies. Por tanto, te digo: le serán perdonados sus muchos pecados porque amó mucho. A quien se le perdona poco, poco ama.*

4. Surge ahora una cuestión que ha de resolverse inme-

si non poterat videre peccantem, qui potuit audire cogitantem. Proposuit ergo homini similitudinem de duobus qui debebant uni feneratori. Etiam ipsum sanare cupiebat, ne gratis apud eum panem comederet: ipsum pascentem esuriebat; ipsum emendare, ipsum mactare, ipsum manducare, ipsum in suum corpus traicere volebat: sicut et illi mulieri Samaritanae dixit: *Sitio* (Io 4,7). Quid, est, *Sitio?* Desidero fidem tuam. Dicuntur ergo verba Domini in hac similitudine; et agitur utrumque, ut et invitator ille sanetur cum suis condiscumbentibus, Dominum Iesum Christum pariter videntibus, pariter ignorantibus; et ut illa mulier habeat fiduciam confessionis suae, nec pungatur ulterius aculeis conscientiae suae. *Debebat unus,* inquit, *quinquaginta denarios, alius quingentos, donavit ambobus: quis eum plus dilexit?* Respondit cui similitudo proposita erat, quod respondere utique ratio compellebat: *Credo,* Domine, *cui plus donavit.* Et attendens ad mulierem, dixit ad Simonem: *Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: haec lacrimis suis lavit mihi pedes, et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: illa ex quo ingressa est, non cessavit pedes meos oscu*[597]*lari. Oleo caput meum non unxisti: illa autem pedes meos unxit unguento. Ideo dico: Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem modicum dimittitur, modicum diligit* (Lc 7,41-47).

Caput IV.—4. *Ardua quaestio ex Domini verbis nata.*—Oritur quaestio profecto solvenda, quae attentionem vestrae Caritatis desiderat,

diatamente. Requiere atención por vuestra parte, por si no bastan mis palabras para remover los obstáculos y disipar la oscuridad que encierra, debido al poco tiempo de que disponemos. Sobre todo cuando la carne se halla fatigada por el calor y desea y pide el descanso que se le debe, oponiéndose a la avidez del alma, demostrando ser cierto lo escrito: *El espíritu está pronto, pero la carne es flaca.*

Se ha de temer y mucho que, por una falsa comprensión de quienes fomentan sus concupiscencias carnales y sienten pereza en salir de ellas hacia la libertad, se introduzca subrepticiamente en estas palabras del Señor aquella sentencia, invención de lenguas maldicientes ya durante la predicación de los Apóstoles, de la cual es testigo el apóstol Pablo: *Y como algunos afirman que decimos: hagamos el mal para procurar el bien.* Dirá, pues, alguien: «Si a quien se le perdona poco, ama poco, a quien más se le perdona, más amá. Es mejor amar más que amar menos. Conviene, por tanto, pecar mucho, deber mucho, deseando que se nos perdone, para amar más a quien más nos ha perdonado; pues aquella mujer pecadora, cuanto mayor era su deuda, tanto más amaba a quien se la perdonaba, según palabra del mismo Señor: *Se le perdonaron sus muchos pecados porque amó mucho.* ¿Por qué amó mucho, sino porque debía mucho? Finalmente añadió: *A quien, en cambio, se le perdona poco, poco ama.* ¿No es preferible, dice, que se me perdone mucho y no poco, a fin de que ame mucho a mi Señor?» Ciertamente, pienso, comprendéis la profundidad del problema. Sé

ne forte sufficere non possimus verbis ad totam eius obscuritatem removendam et dilucidandam pro angustia temporis; maxime cum caro ista aestibus fatigata, iam recreari desideret, et debitum suum poscens, animae aviditatem impediens ostendat quod dictum est: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma* (Mt 26,41). Metuendum est, et valde metuendum, ne in his verbis Domini non bene intellegentibus his qui concupiscentiis suis carnalibus favent, et ab eis in libertatem educi pigrescunt, subrepat illa sententia, quae praedicantibus etiam Apostolis nata est in linguis maledicorum, unde dicit apostolus Paulus: *Et sicut quidam dicunt nos dicere: Faciamus mala, ut veniant bona* (Rom 3,8). Dicit enim aliquis: Si cui modicum dimittitur, modicum diligit; cui autem plus dimittitur, plus diligit: expedit plus diligere, quam minus diligere; oportet ut multum peccemus, et multum debeamus, quod nobis dimitti cupiamus, ut dimissorem magnorum debitorum amplius diligamus. Peccatrix enim illa mulier quanto plus debebat, tanto dimissorem debitorum suorum amplius diligebat, Domino ipso dicente: *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Quare autem dilexit multum, nisi quia debebat multum? Denique addidit et adiunxit, *Cui autem modicum dimittitur, modicum diligit.* Nonne expedit, inquit, ut multum mihi dimittatur, quam minus, unde amplius diligam Dominum meum?

que la veis. Pero también advertís la escasez de tiempo; la veis y la experimentáis.

5. Escuchad mis breves palabras. Si debido a la magnitud de la cuestión ellas no bastaren, retenedlas entre tanto y consideradme deudor para el futuro. Para que con ejemplos más claros podáis reflexionar sobre lo propuesto, imaginaos ahora dos hombres: uno está lleno de pecados, ha vivido muy mal durante largo tiempo; el otro ha pecado poco. Ambos se acercan a la gracia y reciben el bautismo. Entran cargados de deudas y salen libres de ellas. A uno se le ha perdonado más, a otro menos. Ahora pregunto, ¿cuánto ama cada uno? Si veo que ama más aquel a quien más se le perdonó, su pecado fue fructífero y su maldad de más utilidad en relación a la intensidad del amor. Pregunto cuánto ama el otro y encuentro que ama menos, porque si descubro que ama al Señor tanto cuanto aquel a quien se le perdonaron muchos pecados, ¿me pondré en contradicción con las palabras del Señor? ¿Cómo será verdadero lo que dijo la Verdad: *A quien poco se le perdona, poco ama?* Puede decir alguien: «A mí se me ha perdonado poco y, sin embargo, amo tanto como este a quien se le ha perdonado más». ¿Dices tú verdad, oh Cristo? ¿Se te perdonó tu mentira para imputar el crimen de mentiroso a quien te perdonó la mentira? Si se te ha perdonado poco, amas poco. Si, en cambio, se te ha perdonado poco, pero amas mucho, contradices a quien dijo: *A quien poco se le perdona, poco ama.* Creo más a quien conoce más que tú. Crees que se te perdonó poco; sin duda amas poco.

Videtis certe profunditatem quaestionis: scio, videtis. Videtis angustias temporis, et hoc videtis et sentitis.

CAPUT V.—5. *Exemplis res declaratur.*—Accipite ergo pauca. Si magnitudini quaestionis satis non fecero, interim praesentem recondite sermonem, in futuro tenete debitorem. Da nunc duos homines, ut sub exemplis evidentioribus quod proposui cogitetis. Unus eorum peccatis plenus est, diu pessime vixit; alter eorum pauca peccavit: accedunt ambo ad gratiam, baptizantur ambo; intrant debitores, exeunt liberi: plus donatum est uni, minus alteri. Interrogo quantum quisque diligat. Si invenero plus diligere eum, cui plura peccata dimissa sunt; utilius multa peccavit, utilior erat multa iniquitas, ne esset tepida caritas. Interrogo alium quantum diligat, invenio minus: nam si invenio tantum et illum diligere, quantum et ille diligit cui multa donata sunt, quomodo respondebo verbis Domini? quomodo verum erit quod Veritas dixit: *Cui modicum dimittitur, modicum diligit?* Ecce ait aliquis, mihi modicum dimissum est, non multa peccavi; et tantum diligo, quantum iste, cui multa dimissa sunt. Tu verum dicis, an Christus? Ad hoc tibi dimissum est mendacium tuum, [598] ut mendacii dimissori crimen imponas? Si modicum tibi dimissum est, modicum diligis. Si enim modicum est tibi dimissum, et plurimum diligis, contradicis ei qui dixit: *Cui modicum dimittitur, modicum diligit.* Illi ergo plus credo, qui te plus novit. Parum tibi dimissum putas, prorsus parum diligis. Quid ergo, inquit, facere

«¿Qué debí hacer?», te preguntas entonces. «¿Acaso abundar en acciones malas para que, perdonándoseme mucho, pudiera amar mucho?» El Señor nos ha puesto en aprietos; pero él, que nos propuso esta verdad, me librará de ellos.

6. Esto se dijo a causa de aquel fariseo que, en su opinión, no tenía pecado alguno o muy pocos. En efecto, no hubiera invitado al Señor si no hubiera sentido un cierto afecto hacia él. Pero ¡cuán pequeño era! Ni le dio el beso de la paz, ni agua para lavar los pies, ya que no lágrimas. No le agasajó como aquella mujer que sabía quién y de qué la iba a curar. ¡Oh fariseo! Tú amas poco porque piensas que se te perdonó poco. No porque se te perdonó poco, sino porque juzgas ser poco lo que te te perdonó. «¿Qué, pues?, dice. Yo, que no he cometido homicidio alguno, ¿he de considerarme un homicida? Yo que no he permitido en mi vida el adulterio, ¿debo ser castigado como adúltero? ¿O se me ha de perdonar todo esto que no he realizado?» Presenta de nuevo dos hombres; hablemos con ellos. Llega uno, pecador suplicante, cubierto de espinas como un erizo y temeroso más que una liebre. Pero la piedra es el refugio de erizos y liebres. Se acerca a la piedra, encuentra refugio y recibe auxilio. El otro no cometió muchos pecados; ¿qué haremos con él para que ame mucho? ¿Cómo le persuadiremos? ¿Contradeciremos las palabras del Señor: *A quien poco se le perdona, poco ama?* Así de claro, *a quien poco se le perdona.* Pero, ¡oh tú que afirmas no haber cometido muchos pecados!, ¿por qué no los cometiste? ¿Quién te dirigió para no caer? Demos

debui? Multa mala committere, ut multa essent, quae posset ille mihi dimittere, ut amplius possem diligere? Angustat nos; sed Dominus qui haec vera proposuit, ab angustiis liberet me.

Caput VI.—6. *Quaestio solvitur. Inter debita dimissa numerari vult quae vitavimus peccata.*—Dictum est hoc propter pharisaeum illum, qui vel nulla vel pauca se putabat habere peccata. Non enim Dominum invitaret, nisi aliquantum diligeret. Sed quam parum erat? Non osculum dedit, non saltem aquam ad pedes, et si non lacrimas: non illo obsequio prosecutus est, quo illa mulier quae noverat quid sanaretur, et a quo sanaretur. O Pharisaee, ideo parum diligis, quia parum tibi dimitti suspicaris: non quia parum dimittitur, sed quia parum putas esse quod dimittitur. Quid ergo, inquit ille? Ego qui homicidium non feci, homicida deputandus sum? qui adulterium non admisi, pro adulterio puniendus sum? Aut ista mihi dimittenda sunt, quae non commisi? Ecce iterum constitue duos, et loquamur ad eos. Venit unus supplex peccator, coopertus spinis tanquam hericius, et nimis timidus tanquam lepus. Sed petra est refugium hericiis (cf. Ps 103,18) et leporibus. Venit ergo ad petram, invenit refugium, accipit auxilium. Alius non multa commisit: quid ei faciemus, ut multum diligat? quid persuadebimus? Contra Domini verba veniemus: *Cui modicum dimittitur, modicum diligit?* Ita plane, cui modicum dimittitur. Sed o tu qui dicis te non multa commisisse; quare? quo regente? Deo gratias, quod motu et voce vestra intellexisse

gracias a Dios porque tanto con el movimiento como con la voz habéis mostrado entender.

La cuestión parece resuelta por lo que veo. El primero cometió muchos pecados y de todos ellos se hizo deudor. El segundo, con la ayuda de Dios, cometió pocos. A quien uno atribuye el haberle perdonado, atribuye el otro el no haber pecado. No fuiste adúltero en tu vida pasada llena de ignorancia, antes de ser bautizado, cuando todavía no distinguías el bien del mal ni creías en aquel que sin tú saberlo te guiaba. Esto te dice tu Dios: «Yo te dirigía y te conservaba para mí. Para que no cometieses adulterio, te faltó quien te lo sugiriera; y el que te faltase fue obra mía. Te faltó tiempo y lugar; también esto me lo debes a mí. Si, en cambio, hubo quien te lo sugirió y no te faltó ni tiempo ni lugar, yo te atemoricé para que no consintieses». Reconoce, pues, la gracia del Señor, a quien debes también el no haber consentido. El primero es deudor por lo que hizo y ves que se le perdonó. Pero también tú eres mi deudor por el hecho de no haberlo realizado. No existe pecado que cometa un hombre que no pueda cometerlo otro hombre si le falta como guía quien hizo al hombre.

7. Y ahora ya, una vez resuelta en cuanto pudimos y en tan poco tiempo una cuestión tan profunda —o si no la he resuelto todavía, me considero deudor, según dije—, pasemos a examinar el tema del perdón de los pecados. Cristo era considerado solamente hombre, tanto por quien lo había invitado como por los demás que se hallaban sentados a la mesa. Ignoro qué vio de más en el Señor aquella pecadora. Pero ¿por qué hizo

vos significastis. Iam, ut video, soluta quaestio est. Hic multa commisit, et multorum debitor factus est: ille gubernante Deo pauca commisit. Cui deputat ille quod dimisit, huic et iste deputat quod non commisit. Adulter non fuisti in illa tua vita praeterita plena ignorantia, nondum illuminatus, nondum bonum malumque discernens, nondum credens in illum, qui te nescientem regebat. Hoc tibi dicit Deus tuus: Regebam te mihi, servabam te mihi. Ut adulterium non committeres, suasor defuit: ut suasor deesset, ego feci. Locus et tempus defuit; et ut haec deessent, ego feci. Adfuit suasor, non defuit locus, non defuit tempus: ut non consentires, ego terrui. Agnosce ergo gratiam eius, cui debes et quod non admisisti. Mihi debet iste quod factum est, et dimissum vidisti: mihi debes et tu quod non fecisti. Nullum est enim peccatum quod fecit homo, quod non possit facere et alter homo, si desit rector a quo factus est homo.

Caput VII.—7. *Deinceps de remissione peccatorum, quod ab homine dimitti non possint.*—Iam nunc quia ut potuimus, quaestionem profundam in tantilla temporis brevitate solvimus; aut si nondum solvimus **[599]** debitores, ut dixi, teneamur: illud potius breviter videamus de remissione peccatorum. Homo putabatur Christus, et ab illo qui invitavit, et ab eis qui pariter discumbebant. Nescio quid illa peccatrix plus in

todo aquello sino para que le fueran perdonados los pecados? Ella sabía que él podía perdonar los pecados; los otros, en cambio, sabían que un hombre no puede perdonarlos. Y hay que creer que todos, los que estaban sentados a la mesa y aquella mujer que se acercó a los pies del Señor, todos sabían que un hombre no puede perdonar los pecados. Por consiguiente, sabedores todos de esto, hay que pensar que aquella mujer que le creía capaz de perdonar los pecados comprendió que era más que un hombre. Como última cosa, al decir él a la mujer: *Te son perdonados tus pecados,* añaden ellos acto seguido: *¿Quién es éste que hasta perdona los pecados?* ¿Quién es este a quien ya conoció la mujer pecadora? Tú que te sientas a la mesa como sano no conoces al médico porque quizá, al ser mayor la fiebre, has perdido la cabeza. Pero la risa del frenético es causa de llanto para los sanos. Con todo, lo sabéis bien y lo mantenéis; mantened firme que el hombre no puede perdonar los pecados. Aquella que creyó en el perdón de sus pecados por obra de Cristo, creyó también que Cristo era no sólo hombre, sino también Dios. *¿Quién es éste,* dicen, *que hasta perdona los pecados?* A los que preguntaron *¿Quién es éste?* no les respondió el Señor: «Soy el Hijo de Dios, el Verbo de Dios». No les dijo esto, sino que, permitiéndoles permanecer por algún tiempo en su opinión, les solucionó el problema que les agitaba. Mientras los veía sentados a su mesa, oía sus pensamientos. Volviéndose a la mujer, le dice: *Tu fe te ha salvado.* Quienes preguntan: *¿Quién es éste que hasta perdona los pecados?;* quienes me creen hombre, ténganme por hombre. *Tu fe te ha salvado.*

Domino viderat. Nam quare fecit illa omnia, nisi ut sibi dimitterentur peccata? Noverat ergo illum posse peccata dimittere: illi autem noverant hominem non posse dimittere. Et credendum est quod omnes, id est, et illi discumbentes, et illa mulier accedens ad pedes Domini, omnes hi noverant hominem non posse peccata dimittere. Cum ergo omnes hoc nossent; illa quae credidit eum dimittere posse peccata, plus quam hominem esse intellexit. Denique cum dixisset mulieri: *Dimittuntur tibi peccata tua;* continuo illi, *Quis est iste qui et peccata dimittit?* (Lc 7,49). Quis est iste, quem iam mulier peccatrix cognovit? Tu recumbens quasi sanus, medicum ignoras: quia maiore forsitan febre mentem etiam perdidisti. Nam et phreneticus ridens ploratur a sanis. Tamen illud bene nostis, bene tenetis: tenete, quia homo non potest peccata dimittere. Illa quae sibi a Christo dimitti credidit, Christum non hominem tantum, sed et Deum credidit. *Quis est iste,* inquiunt, *qui et peccata dimittit?* Et Dominus: *Quis est iste,* dicentibus, non dixit: Filius Dei, Verbum Dei; non hoc dixit, sed in eo quod putabant: aliquantum eos manere permittens, solvit quaestionem motus illorum. Qui enim videbat discumbentes, audiebat cogitantes; conversus ad mulierem: *Fides tua,* inquit, *te salvam fecit* (ib., 50). Isti qui dicunt: *Quis est iste qui et peccata dimittit?* qui me putant hominem, hominem putent. *Fides tua te salvam fecit.*

8. El médico bueno no sólo curaba los enfermos presentes, sino que tenía también en su mente los futuros. Y futuros eran los hombres que habrían de decir: «Yo perdono los pecados, yo justifico, yo santifico, yo sano a quien bautizo» [1]. Del mismo número son los que dicen: *No me toques*. Hasta tal punto son de ese número, que en la conferencia tenida hace poco, como podéis consultar en las actas mismas [2], al ofrecerles asiento el juez o procurador [3] para que se sentasen con nosotros, se creyeron en el deber de responder: «Para nosotros se escribió: con esos tales no os sentéis, es decir, para que no os sintáis contagiados por el contacto de las sillas». Ved vosotros si no equivale a decir: *No me toques, porque soy puro.*

Otro día, tratando de la Iglesia, puesto que venía a cuento, les recordamos esa deplorable vanidad, diciéndoles que en la Iglesia los malos no contaminan a los buenos, causa ésta por la

Caput VIII.—8. *Donatistarum error et arrogantia.*—Medicus bonus aegros non solum praesentes sanabat, sed et futuros etiam praevidebat. Futuri erant homines qui dicerent: Ego peccata dimitto, ego iustifico, ego sanctifico, ego sano quemcumque baptizo. Ex ipso numero et isti sunt, qui dicunt: «Noli me tangere». Usque adeo ex ipso numero sunt, ut nuper in collatione nostra, quod etiam in Gestis ipsis legere potestis, cum eis a Cognitore esset consessus oblatus, ut sederent nobiscum, respondendum putarent: Scriptum est nobis, cum talibus non sedere, scilicet ne per contactum subselliorum ad eos velut nostra contagio perveniret. Vide si non est: «Noli me tangere, quia mundus sum». Alio autem die, ubi opportunius erat, commemoravimus eos huius miserrimae

[1] Se está refiriendo a los donatistas, que ponían la validez del bautismo y, más en general, de todos los sacramentos en la santidad del ministro. La tesis contraria de Agustín se halla expresada en la célebre frase: «¿Bautiza Pedro? Es Cristo quien bautiza. ¿Bautiza Judas? Es Cristo quien bautiza». Véase el *Tratado sobre el Evangelio de San Juan 5.*

[2] Se refiere a la conferencia entre donatistas y católicos que, con vistas a lograr la unión de las dos iglesias, tuvo lugar en Cartago en el año 411 bajo la presidencia del *cognitor* (juez) Marcelino. Las actas, abreviadas, nos las dejó Agustín en los tres libros de su obra *Breve relación de la conferencia tenida con los donatistas.*

[3] El *cognitor* (juez) de que habla Agustín en este texto era el tribuno Marcelino. Había sido enviado a Africa por el emperador Honorio para intentar la solución al conflicto que dividía a la Iglesia. Presidió y actuó de juez en la célebre conferencia del 411, dando la victoria a los católicos y proscribiendo a los donatistas por lo que éstos le acusaron de haberse dejado corromper por aquéllos (*Carta* 141,1,12). El mismo fue el encargado de llevar a la práctica los decretos de la Conferencia, mostrándose duro sobre todo con los circunceliones, que hubieron de sufrir sus torturas (*Carta* 133,2; 134,2). Murió ejecutado dos años después, tras haber sido condenado por el también tribuno Marino, conde de Africa, que trataba de reprimir la revuelta de un tal Heracleano. Al parecer, fueron los donatistas quienes persuadieron a Marino de que se hallaba en complot con los revoltosos. Fue un cristiano fiel y devoto, estudioso de la Escritura y amigo personal de Agustín. Este le envió varios libros suyos, le escribió varias cartas; a su vez, aquél le propuso varias cuestiones, le mantenía al día de los acontecimientos y servía de enlace para con otros personajes. El obispo de Hipona le dedicó su gran obra *La ciudad de Dios.*

que no quisieron sentarse con nosotros. A lo cual nos respondieron que la advertencia procedía de la Escritura, en la que está escrito: *No tomé asiento en la asamblea de la vanidad.* Nosotros les replicamos: «Si efectivamente no quisisteis sentaros con nosotros porque estaba escrito: *No tomé asiento en la asamblea de la vanidad,* ¿por qué entrasteis con nosotros siendo así que a continuación se escribió también: *No entraré con los que maquinan cosas inicuas?*» [4]

Por tanto, cuando dicen: *No me toques, porque soy puro,* se asemejan al fariseo que invitó al Señor y creía que él no había conocido a la mujer porque no le prohibió que tocara sus pies. Pero en otro aspecto era mejor el fariseo, pues juzgando que Cristo era sólo hombre, no creía que pudieran perdonarse los pecados por un hombre. Luego los judíos entendían mejor que los herejes. ¿Qué dijeron los judíos? *¿Quién es éste, que hasta perdona los pecados?* ¿Se atreverá el hombre a usurpar para sí ese poder? ¿Qué dice, en cambio, el hereje? «Yo perdono, yo limpio, yo santifico». Respóndele Cristo, no yo. ¡Oh hombre! Cuando los judíos me consideraban sólo hombre, otorgué a la fe el perdón de los pecados. Es Cristo quien te responde, ¡oh hereje! , no yo. «Tú, siendo hombre, dices: "Ven, mujer, yo te salvaré". Y yo, siendo considerado sólo hombre, dije: *"Vete en paz, mujer; tu fe te ha salvado"*».

9. Estos hablan, como dice el Apóstol, *ignorando lo que*

vanitatis, cum ageretur de Ecclesia, qui mali in ea non contaminant bonos; respondimus eis, quia ideo nobiscum sedere noluerunt, et dixerunt, se Scriptura Dei fuisse commonitos, quia videlicet scriptum est: *Non sedi in concilio vanitatis;* diximus: Si ideo nobiscum sedere noluistis, quia scriptum est: *Non sedi in concilio vanitatis:* quare nobiscum ingressi estis, cum consequenter scriptum sit: *Et cum iniqua gerentibus non introibo?* (Ps 25,4). Ergo in hoc quod dicunt: «Noli me tangere, quia mundus sum», similes sunt illi phari**[600]**saeo qui Dominum invitaverat, et propterea putabat eum nescisse mulierem, quia non eam prohibuerat a contactu pedum suorum. Sed in alio melior Pharisaeus, quia cum putaret hominem Christum, non credebat ab homine posse dimitti peccata. Melior ergo Iudaeis quam haereticis apparuit intellectus. Iudaei quid dixerunt? *Quis est hic, qui et peccata dimittit?* Audet sibi homo hoc usurpare? Quid contra haereticus? Ego dimitto, ego mundo, ego sanctifico. Respondeat illi, non ego, sed Christus: O homo, quando ego a Iudaeis putatus sum homo, dimissionem peccatorum fidei dedi. Non ego, respondet tibi Christus. O haeretice, tu cum sis homo, dicis: Veni, mulier; ego te salvam facio! Ego cum putarer homo, dixi: *Vade, mulier; fides tua salvam te fecit.*

Caput IX.—9. *Argumentum Donatistarum Peccata per Ecclesiam Spiritus sanctus dimittit.*—Respondent, *nescientes,* sicut ait Apostolus,

[4] Con más amplitud puede leerse en la obra citada en nota 2.

dicen y lo que afirman. Contestan y dicen: «Si los hombres no perdonan los pecados, es falso lo que dice Cristo: *Lo que desatéis en la tierra quedará desatado también en el cielo*». No sabes ni cómo ni por qué se dijo esto. El Señor, que iba a dar el Espíritu a los hombres, quería que se entendiese que los pecados se perdonan a los fieles por el Espíritu Santo, no por merecimientos humanos. Porque ¿qué es el hombre sino un enfermo que debe ser curado? ¿Quieres ser tú mi médico? Busca conmigo al médico. Pues para demostrarte con toda la evidencia que los pecados se perdonan por el Espíritu Santo donado a los fieles y no por méritos humanos, dice el Señor en cierta ocasión después de la resurrección de los muertos: *Recibid el Espíritu Santo.* Y tras haber dicho eso, añadió a continuación: *Si perdonareis los pecados a alguien, le serán perdonados.* Es decir, perdona el Espíritu Santo, no vosotros. Pues bien, el Espíritu Santo es Dios; luego es Dios quien perdona, no vosotros. Pero ¿qué sois vosotros en relación al Espíritu? *¿Ignoráis que sois templo de Dios y que el Espíritu habita en vosotros?* Y también: *¿No sabéis que vuestros cuerpos son el templo del Espíritu Santo en vosotros, Espíritu que recibisteis de Dios?* Por tanto, Dios habita en su templo santo, esto es, en sus fieles, en su Iglesia; y por ser sus templos vivos, perdona los pecados mediante ellos.

10. Pero el que perdona por medio del hombre puede perdonar sin él. Pues quien puede otorgar mediante otro, no es menos capaz de dar él directamente. El dio a algunos a través

neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant (1 Tim 1,7); respondent et dicunt: Si non dimittunt homines peccata, falsum est ergo quod ait Christus: *Quae solveritis in terra, soluta erunt et in caelo* (Mt 18,18). Nescis quare hoc dictum sit, quomodo dictum sit. Daturus erat Dominus hominibus Spiritum sanctum, et ab ipso Spiritu sancto fidelibus suis dimitti peccata, non meritis hominum volebat intellegi dimitti peccata. Nam quid es homo, nisi aeger sanandus? Vis mihi esse medicus? Mecum quaere medicum. Nam hoc ut evidentius ostenderet Dominus, ab Spiritu sancto quem donavit fidelibus suis, dimitti peccata, non meritis hominum, quodam loco sic ait resurgens a mortuis: *Accipite Spiritum sanctum;* et cum dixisset, *Accipite Spiritum sanctum,* continuo subiecit: *Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei* (Io 20,22.23): hoc est, Spiritus dimittit, non vos. Spiritus autem Deus est. Deus ergo dimittit, non vos. Sed ad Spiritum quid estis vos? *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?* (1 Cor 3,16). Et iterum: *Nescitis, quia corpora vestra templum in vobis est Spiritus sancti, quem habetis a Deo?* (ib., 6, 19). Deus ergo habitat in templo sancto suo, hoc est, in sanctis suis fidelibus, in Ecclesia sua: per eos dimittit peccata; quia viva templa sunt.

Caput X.—10. *Peccata a Deo dimittuntur et per hominem, et praeter hominem. Spiritus sanctus per ministerium hominum datus.*—Sed qui dimittit per hominem, potest dimittere et praeter hominem. Neque enim

de Juan; ¿a través de quién dio al mismo Juan? Con razón, pues, queriendo Dios demostrar y testificar esta verdad, algunos, a pesar de haber sido evangelizados y bautizados en Samaria por obra del evangelizador Felipe, uno de los siete primeros diáconos, no recibieron el Espíritu Santo. A pesar, repito, de haber sido bautizados. Anunciado esto a los discípulos que estaban en Jerusalén, vinieron luego a Samaria para que quienes estaban ya bautizados recibieran el Espíritu Santo mediante la imposición de las manos. En efecto, así se hizo. Vinieron, les impusieron las manos y recibieron el Espíritu Santo. Entonces se otorgaba el Espíritu Santo de forma tal que incluso externamente se manifestaba que se había dado, pues quienes lo recibían hablaban las lenguas de todos los hombres, para significar que la Iglesia habría de hablar las lenguas de todos los pueblos. Recibieron el Espíritu Santo haciéndose visible en ellos de forma manifiesta. Al ver esto Simón, creyendo fuese cosa de hombres, quiso adquirirla él también. Lo que juzgó cosa de hombres, quiso comprarlo a los hombres, diciéndoles: *¿Cuánto dinero queréis que os dé para que, por la imposición de mis manos, se otorgue el Espíritu Santo?* Entonces Pedro, detestándole, le dijo: *No hay para ti parte ni heredad en esta fe. ¿Pensaste que el don de Dios ha de comprarse con dinero? Contigo perezca tu dinero,* etc., cosas todas oportunamente dichas.

11. Advierta vuestra caridad por qué quise recordar esto. Convenía que Dios mostrase en primer lugar que obraba me-

minus idoneus est per se dare, qui potest per alium dare. Per Ioannem quibusdam dedit, ipsi Ioanni per quem dedit? Merito volens Deus hoc ostendere, et huic veritati attestari, cum quidem in Samaria evangelizati essent, et baptizati essent, et baptizati a Philippo evangelista, uno de septem diaconibus primitus electis, non acceperunt Spiritum sanctum, et baptizati erant. Nuntiatum est discipulis, qui erant Ierosolymis, et vene**[601]**runt ad Samariam, ut illi qui baptizati erant, per impositionem manus eorum acciperent Spiritum sanctum. Et ita factum est: venerunt et imposuerunt eis manus, et acceperunt Spiritum sanctum. Quia tunc sic dabatur Spiritus sanctus, ut etiam appareret datus. Qui enim eum accipiebant, linguis omnium gentium loquebantur: ut significarent Ecclesiam in gentibus linguis omnium locuturam. Acceperunt ergo Spiritum sanctum, et in eis evidenter apparuit. Quod cum vidisset Simon, putans hoc esse hominum, voluit esse et suum. Quod hominum putavit, ab hominibus emere voluit. *Quantam,* inquit, *vultis a me pecuniam sumere, ut per impositionem manuum mearum detur Spiritus sanctus?* Tunc eum detestatus Petrus ait: *Non est tibi pars neque sors in hac fide. Donum enim Dei putasti pecunia comparandum? Pecunia tua tecum sit in perditionem:* et cetera quae ibi congruenter locutus est (Act 8,5-23).

CAPUT XI.—11. *Spiritus datus absque hominum ministerio. Exemplum in eunucho Candacis reginae.*—Quare autem hoc ego commemorare volui, intendat Caritas vestra. Oportebat ut Deus prius ostenderet se per

diante los hombres, y después que obraba personalmente, para que los hombres no creyesen, como Simón, que aquello era cosa de hombres, no de Dios. Esto ya lo sabían los discípulos, puesto que estando reunidas ciento veinte personas descendió sobre ellas el Espíritu Santo sin imposición de mano alguna. Porque ¿quién les había impuesto las manos en aquella ocasión? Sin embargo, descendió y fueron los primeros en ser repletos. ¿Qué hizo Dios tras la herejía de Simón? Vedle convertido en doctor, enseñando no con palabras, sino con hechos. El mismo Felipe que bautizó a unos hombres sin que sobre ellos viniese el Espíritu Santo más que cuando los apóstoles les impusieron las manos, bautizó a un eunuco, es decir, a cierto favorito de la reina Candace, quien regresando de Jerusalén, a donde había ido a adorar, sentado en su carroza leía sin entenderlo al profeta Isaías. Avisado Felipe, se le acercó, le explicó la lectura, le instruyó en la fe y le anunció la buena noticia de Cristo. El eunuco creyó en Cristo y, al llegar a un lugar en que había agua, dice: *Aquí hay agua, ¿quién impide que yo sea bautizado?* Y Felipe le pregunta: *¿Crees en Jesucristo?* Y le responde: *Creo que Jesucristo es el Hijo de Dios.* A continuación bajó con él al agua. Una vez realizado el misterio y el sacramento del bautismo, para que no se creyera que la donación del Espíritu Santo era cosa de hombres, no se esperó, como en la vez anterior, a que vinieran los apóstoles, sino que al instante descendió sobre él el Espíritu Santo. Así se esfumó el pensamiento de Simón, para que no tuviese imitadores en esos pensamientos.

homines operari: sed per se deinde, ne putarent homines, quod putavit Simon, hominum illud esse, non Dei. Quanquam et ipsi discipuli iam hoc noverant. Nam centum viginti homines collecti erant, quando in eos per nullius manus impositionem venit Spiritus sanctus (ib., 1,15; 2,1-4). Quis enim tunc eis manus imposuerat? Et tamen venit, et primos implevit. Post illud scandalum Simonis, quid egit Deus? Videte doctorem, non sermonibus, sed rebus. Idem ipse Philippus, qui baptizaverat homines, et non in eos venerat Spiritus sanctus, nisi convenissent Apostoli, et eis manus imposuissent, baptizavit eunuchum, id est, spadonem quemdam Candacis reginae, qui adoraverat in Ierusalem, et rediens inde legebat in curru suo Isaiam prophetam, et non intellegebat. Admonitus Philippus accessit ad currum, exposuit lectionem, instruxit fidem, evangelizavit Christum. Credidit Eunuchus in Christum, et ait cum venissent ad quamdam aquam: *Ecce aqua, quis prohibet me baptizari?* Ait illi Philippus: *Si credis in Iesum Christum?* Respondit ille: *Credo Filium Dei esse Iesum Christum.* Continuo descendit cum illo in aquam. Impleto Baptismatis mysterio et sacramento, ne hominum putaretur donum Spiritus sancti, non exspectatum est, sicut tunc, ut venirent Apostoli, sed continuo venit Spiritus sanctus (ib., 8,26-39). Soluta est Simonis cogitatio, ne in tali cogitatione haberet imitatores.

12. Hay todavía otro ejemplo más admirable. Fue Pedro a casa del centurión Cornelio, hombre incircunciso y gentil. Comienza su predicación dándole a conocer a Jesucristo a él y a todos los que estaban con él. Todavía estaba Pedro hablando, cuando descendió el Espíritu Santo y se llenó de él Cornelio y sus acompañantes. No digo que aún no le había impuesto las manos; es más, aún no lo había bautizado, pues por aquel entonces los que estaban con Pedro dudaban de si debían ser bautizados los incircuncisos. De hecho se había originado una gran disputa sobre si debían serlo o no, entre los judíos que habían creído y los fieles que procedían de la gentilidad. Este sublime testimonio fue como una voz dirigida a Pedro diciéndole: «¿Por qué dudas del agua? Yo ya estoy aquí».

13. Con la seguridad de que por la gracia de Dios ha de ser librada de sus muchas iniquidades y, sabiendo que la purificación de su inmunda prostitución se hará realidad en la Iglesia, el alma, cualquier alma, crea, acérquese a los pies del Señor, busque sus huellas, confiese su pecado con las lágrimas y límpielos con sus cabellos. Los pies del Señor son los predicadores del Evangelio. Los cabellos de la mujer son los bienes superfluos. Limpie con los cabellos, límpielos totalmente, obre la misericordia. Y después de limpiárselos, béselos; reciba la paz, para tener la caridad. Se acercó alguien a uno como el apóstol Pablo para ser bautizado por él. Escúchele: *Sed imitadores míos, como yo lo soy de Cristo.* Si fue bautizado por otro que busca sus inte-

Caput XII.—12. *Aliud exemplum in Cornelio centurione.*—Deinde aliud mirabilius exemplum. Petrus venit ad centurionem Cornelium, ad hominem incircumcisum gentilem: coepit praedicare Christum Iesum, et illi, et eis qui cum illo erant. Adhuc loquente Petro, non dico, nondum imponente manum, sed nondum etiam baptizante, et cum dubitarent qui erant cum[602] Petro, utrum incircumcisi baptizandi essent (natum quippe erat inter Iudaeos qui crediderant, et eos qui fideles ex Gentibus facti erant, scandalum, id est, Iudaeos et Christianos, qui baptizabantur incircumcisi); ut hanc Deus tolleret quaestionem, cum loquitur Petrus, venit Spiritus sanctus, implevit Cornelium, implevit eos qui cum illo erant (Act 10). Et ipsa attestatione rei magnae, quasi clamatum est ad Petrum: Quid de aqua dubitas? iam ego hic sum.

Caput XIII.—13. *Mundatio in Baptismo non ex ministrorum meritis, sed ex Dei gratia.*—Secura ergo quaelibet anima a multa nequitia per dominicam gratiam liberanda, tanquam immunda prostitutione mundanda in Ecclesia, credat, accedat ad pedes Domini, quaerat vestigia Domini, confiteatur lacrimas fundens, tergat capillis suis. Pedes Domini, praedicatores Evangelii. Capilli mulieris, superfluae possessiones. Tergat capillis, tergat prorsus, operetur misericordiam: et cum terserit, osculetur; accipiat pacem, ut habeat caritatem. Accessit ad talem, baptizata est a tali, qualis erat apostolus Paulus; audiat ab illo: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* (1 Cor 4,16). Baptizata est autem ab alio aliquo sua

reses y no los de Jesucristo, escuche las palabras del Señor: *Haced lo que dicen y no hagáis lo que hacen.* En un caso y en otro, quede tranquila; tanto si se encuentra con un ministro bueno como si se encuentra con otro que no hace lo que dice. En cualquier caso oirá confiada las palabras del Señor: *Vete, mujer; tu fe te ha salvado.*

SERMON 100

Tema: La renuncia (Lc 9,57-62).

Lugar: Desconocido.

Fecha: Hacia el año 417.

1. Escuchad lo que Dios me ha inspirado sobre este capítulo del Evangelio. En él se lee cómo el Señor se comportó distintamente con tres hombres. A uno que se ofreció a seguirlo lo rechazó; a otro que no se atrevía lo animó a ello; por fin, a un tercero que lo difería lo censuró. ¿Quién más dispuesto, más resuelto, más decidido ante un bien tan excelente como es seguir al Señor a donde quiera que vaya que aquel que dijo: *Señor, te seguiré adondequiera que vayas?* Lleno de admiración, preguntas: ¿Cómo es esto; cómo desagradó al Maestro bueno,

quaerente, non quae Iesu Christi (cf. Phil 2,21); audiat a Domino: *Quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite* (cf. Mt 23,3). Secura sit et in illo, sive in bonum evangelistam incurrat, sive in eum quid quod dicit non facit. A Domino enim secura audit, *Vade, mulier; fides tua te salvam fecit* (Lc 7,50).

SERMO C **[PL 38,602]**

DE VERBIS EVANGELII LUCAE, UBI AGITUR DE TRIBUS, QUORUM UNUS DIXIT: «DOMINE, SEQUAR TE QUOCUMQUE IERIS», ET REPROBATUS EST; ALIUS NON AUDEBAT, ET EXCITATUS EST; TERTIUS DIFFEREBAT, ET CULPATUS EST. CAP. 9,57-62

CAPUT I.—1. *Cur reprobatur qui profitetur se secuturum Christum.* De capitulo Evangelii, quod Dominus donavit, audite. Lectum et enim, Dominum Iesum differenter egisse, cum obtulit se unus, ut eum sequeretur, et reprobatus est: alius non audebat, et excitatus est; tertius differebat, et culpatus est. Quod enim dixit: *Domine, sequar te quocumque ieris* (Lc 9,57); quid tam promptum, quid tam impigrum, quid tam paratum, et quid ad tantum bonum aptissimum, sequi Dominum quocumque ierit? Miraris hoc, dicens: Quid est hoc, quod magistro bono

nuestro Señor Jesucristo, que va en busca de discípulos para darles el reino de los cielos, hombre tan bien dispuesto? Como se trataba de un maestro que preveía el futuro, entendemos que este hombre, hermanos míos, si hubiera seguido a Cristo, hubiera buscado su propio interés y no el de Jesucristo. Pues el mismo Señor dijo: *No todo el que me dice: Señor, Señor, entrará en el reino de los cielos.* Este era uno de ellos; no se conocía a sí mismo como lo conocía el médico que lo examinaba. Porque si ya se veía mentiroso, si ya se conocía falaz y doble, no conocía a quien hablaba. Pues él es de quien dice el evangelista: *No necesitaba que nadie le informase sobre el hombre, pues él sabía lo que había en el hombre.* ¿Y qué le respondió? *Las zorras tienen madrigueras y las aves del cielo nidos, pero el Hijo del hombre no tiene dónde reclinar su cabeza.* Pero, ¿dónde no tiene? En tu fe. Las zorras tienen escondites en tu corazón; eres falaz. Las aves del cielo tienen nidos en tu corazón: eres soberbio. Siendo mentiroso y soberbio no puedes seguirme. ¿Cómo puede seguir la doblez a la simplicidad?

2. En cambio, a otro que está siempre callado, que no dice nada y nada promete, le dice: *Sígueme.* Cuanto era el mal que veía en el otro, tanto era el bien que veía en éste. Al que no quiere le dice *Sígueme.* Tienes un hombre dispuesto—*Te seguiré adondequiera que vayas*—y dices *Sígueme* a quien no quiere seguirte. «A éste, dice, le excluyo porque veo en él madrigueras, veo en él nidos». Pero ¿por qué molestas a este que invitas

Domino Iesu Christo invitanti discipulos, quibus daret regnum caelorum, displicuit tam paratus? Sed quia talis magister erat, qui futura praevideret, intellegimus, fratres, istum hominem, si sequeretur Christum, sua quaesiturum fuisse, non quae Iesu Christi. Ipse enim dixit: *Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum* (Mt 7,21). Et iste de ipsis fuit, nec **[603]** sic se ipse noverat, quomodo medicus inspiciebat. Nam si iam se fictum esse spectabat, si iam dolosum et insidiosum se noverat, cui loqueretur non noverat. Ipse est enim de quo ait evangelista: *Non opus habebat ut quisquam ei testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine* (Io 2,25). Quid ergo respondit? *Vulpes foveas habent, et volatilia caeli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet* (Lc 9,58). Sed ubi non habet? In fide tua. Vulpes enim habent foveas in corde tuo, dolosus es: volatilia caeli habent nidos in corde tuo, elatus es. Dolosus et elatus, non me sequeris. Quomodo sequitur dolosus simplicitatem?

2. *Alter a Christo vocatus. Pietate carnali differre volens urgetur. Parentes quomodo honorandi. Mortui mortuos sepelientes. Ordinare caritatem.*—Et ad alterum continuo tacentem, et nihil dicentem, nihil promittentem dicit: *Sequere me* (ib., 59). Quantum mali in illo, tantum boni videbat in isto. *Sequere me,* dicis nolenti. Ecce habes hominem paratum. *Sequar te quocumque ieris:* et tu dicis nolenti, *Sequere me?* Istum, inquit, declino; quia video ibi foveas, video nidos. Quid ergo molestus

y se excusa? Mira que le impeles y no viene, le ruegas y no te sigue, pues ¿qué dice? *Iré primero a enterrar a mi padre.* Mostraba al Señor la fe de su corazón, pero le retenía la piedad. Cuando nuestro Señor Jesucristo destina los hombres al Evangelio, no quiere que se interponga excusa alguna de piedad carnal y temporal. Ciertamente, la ley ordena esta acción piadosa, y el mismo Señor acusó a los judíos de echar abajo este mandato de Dios. También San Pablo dice en su carta: *Este es el primer mandamiento de la promesa.* ¿Cuál? *Honra a tu padre y a tu madre.* No hay duda de que es mandato de Dios. Este joven quería, pues, obedecer a Dios dando sepultura a su padre. Pero hay lugares, tiempos y asuntos apropiados a este asunto y a este lugar. Ha de honrarse al padre, pero ha de obedecerse a Dios; ha de amarse al progenitor, pero ha de anteponerse al Creador. Yo, dice Jesús, te llamo al Evangelio; te llamo para otra obra más importante que la que tú quieres hacer. *Deja a los muertos que entierren a sus muertos.* Tu padre ha muerto. Hay otros muertos que pueden enterrar a los muertos. ¿Quiénes son los muertos que sepultan a los muertos? ¿Puede ser enterrado un muerto por otros muertos? ¿Cómo le amortajarán si están muertos? ¿Cómo transportarán el cadáver si están muertos? ¿Cómo le llorarán si están muertos? Le amortajan, le llevan a enterrar y le lloran a pesar de estar muertos, porque aquí se trata de los infieles.

Aquí nos ordenó el Señor lo que está escrito en el Cantar de los Cantares al decir la Iglesia: *Ordenad en mí la caridad.*

est huic, quem provocas et excusat? Ecce etiam compellis, et non venit; hortaris, et non sequitur. Quid enim dicit? *Ibo prius sepelire patrem meum* (ib.). Fides cordis eius Domino se ostendebat: sed pietas differebat. Dominus autem Christus quando parat homines Evangelio, nullam excusationem vult interponi carnalis huius temporalisque pietatis. Haec quidem et lex Dei habet, et ipse Dominus arguit Iudaeos, quia destruebant ipsum mandatum Dei. Et Paulus apostolus in Epistola sua posuit, et dixit: *Hoc est mandatum primum in repromissione.* Quod? *Honora patrem tuum, et matrem tuam* (Eph 6,2). Deus utique dixit. Volebat ergo iste iuvenis obtemperare Deo, et sepelire patrem suum: sed est locus, et est tempus, et est res, quae huic rei, huic tempori, huic loco serviat. Honorandus est pater, sed oboediendum est Deo. Amandus est generator, sed praeponendus est Creator. Ego, inquit, ad Evangelium te voco, ad aliud opus mihi necessarius es: maius est hoc, quam quod vis facere. *Sine mortuos sepelire mortuos suos* (Lc 9,60). Pater tuus mortuus est: sunt alii mortui qui sepeliant mortuos. Mortui sepelientes mortuos qui sunt? Potestne mortuus a mortuis sepeliri? Quomodo involvunt, si mortui sunt? quomodo portant, si mortui sunt? quomodo plangunt, si mortui sunt? Et involvunt, et portant, et plangunt, et mortui sunt: quia infideles sunt.

Caput II.—Docuit nos quod scriptum est in Cantico canticorum, dicente Ecclesia: *Ordinate in me caritatem* (Cant 2,4). Quid est, *Ordinate*

¿Qué significa *Ordenad en mí la caridad?* Estableced una jerarquía, un orden y dad a cada uno lo que se le debe. No sometáis lo primario a lo secundario. Amad a los padres, pero anteponed a Dios. Contemplad a la madre de los Macabeos: *Hijos, no sé cómo aparecisteis en mi seno.* Pude concebiros y daros a luz, pero no pude formaros. Luego oíd a Dios, anteponedle a mí, no os importe el que me quede sin vosotros. Se lo indicó y lo cumplieron. Lo que la madre enseñó a los hijos, eso enseñaba nuestro Señor Jesucristo a aquel a quien decía: *Sígueme.*

3. Ahora entra en escena otro que quiere ser discípulo, que sin nadie haberle dicho nada confiesa: *Te seguiré, Señor, pero antes voy a comunicárselo a los de mi casa.* En mi opinión, el sentido de las palabras es el siguiente: «Avisaré a los míos, no sea que, como suele acontecer, me busquen». Pero el Señor le replicó: *Nadie que pone las manos en el arado y mira atrás es apto para el reino de los cielos.* Te llama el oriente y tú miras al occidente. Esto nos enseña el presente capítulo: que el Señor eligió a los que quiso. Eligió, pues, como dice el Apóstol, según su gracia y conforme a la justicia de ellos. Las palabras del Apóstol suenan así: *Atended, pues, a lo que dice Elías: Señor, mataron a tus profetas, destruyeron tus altares y he quedado yo sólo y aún buscan mi alma.* Pero ¿qué respondió el oráculo divino? *Me reservé siete mil hombres que no doblaron su rodilla ante Baal.* Piensas que eres el único siervo que trabajas bien; pero hay más, y no pocos, que me temen, pues tengo siete mil.

in me caritatem? Facite gradus, et cuique quod debetur, restituite. Nolite anteriora posterioribus subdere. Amate parentes, sed praeponite Deum parentibus. Attendite matrem Machabaeorum: *Filii,* inquit, *nescio quomodo apparuistis in ventre.* Concipere vos potui, **[604]** parere vos potui; formare non potui: illum ergo audite, illum mihi praeponite; nolite attendere, ne sine vobis remaneam. Praecepit, et secuti sunt (cf. 2 Mach 7). Quod docuit mater filios, hoc docebat Dominus Iesus Christus istum cui dicebat: *Sequere me.*

3. *Tertius ad suos respiciens culpatur. Electio secundum gratiam.*— Quia nunc alius discipulus misit se in medio, cui nemo aliquid dixit: *Prosequar te, Domine,* ait; *sed vado primum renuntiare his qui in domo sunt.* Credo hic sensus est: Nuntiem meis, ne forte quomodo fieri solet, quaerant me. Et Dominus: *Nemo ponens manum super aratrum, et respiciens retro, aptus est regno caelorum* (Lc 9,61). Vocat te Oriens, et tu attendis Occidentem. In hoc capitulo hoc discimus, quoniam quos voluit Dominus, hos elegit. Elegit autem, sicut dicit Apostolus, et secundum suam gratiam, et secundum illorum iustitiam. Talia enim sunt verba Apostoli: *Attendite,* inquit, *quid dicit Elias: Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua everterunt, et ego relictus sum solus, et quaerunt, animam meam. Sed quid illi dicit responsum divinum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.* Solum te putas esse servum bene laborantem: sunt et alii me timentes, et non

Y añadió el Apóstol: *Así acontece también en este tiempo.* Aunque algunos judíos creyeron, muchos fueron reprobados al estilo del que llevaba en el corazón madrigueras de raposas. *Así, pues, en este tiempo,* dice, *el resto se salvó por elección gratuita.* Es decir, ahora existe el mismo Cristo que entonces, el que decía a Elías: *Me reservé.* ¿Qué significa *me reservé?* Yo los elegí, porque vi que sus pensamientos se apoyaban en mí, no en sí mismos [1] ni en Baal. Son como yo los hice, no han cambiado. Y tú que hablas, ¿dónde te hallarías si no tuvieses mi apoyo? Si no estuvieses lleno de mi gracia, ¿no doblarías también tu rodilla ante Baal? Estás lleno de mi gracia, porque no confiaste en tu propia virtud, sino por entero en mi gracia. No te gloríes, pues, juzgando que en tu servicio no tienes compañeros o consiervos. Los hay elegidos por mí, como tú; también ellos presumen de mí, como lo asegura el Apóstol: *También ahora se salvó el resto por elección gratuita.*

4. Guárdate, ¡oh cristiano! , guárdate de la soberbia. Aunque imites a los santos, atribuye siempre todo a la gracia, porque el que formes parte de ese resto se debe a la gracia de Dios, no a tu propio mérito. Ya dijo el profeta Isaías recordando a ese resto: *Si el Señor Sabaot no nos hubiese dejado un resto de nuestro linaje, seríamos como Sodoma y nos hubiéramos asemejado a Gomorra.* Y así dice el Apóstol: *Igualmente en este tiempo se salvó un resto por elección gratuita; y si es por gracia, ya no es por las obras.* Es decir, no te vanaglories ya de ningún

pauci. Nam septem millia ibi habeo. Et adiunxit: *Sic ergo et in hoc tempore.* Crediderunt enim aliqui Iudaei, et multi fuerunt reprobati: sicut et ille qui vulpium foveas gestabat in animo. *Sic ergo,* inquit, *et in hoc tempore, reliquiae per electionem gratiae salvae factae sunt* (Rom 11, 2-5): id est, idem Christus est qui tunc, et modo, qui et illi tunc Eliae dixit, *Reliqui mihi.* Quid est, *Reliqui mihi?* Ego illos elegi, quia vidi mentes illorum de me praesumentes, non de se, nec de Baal. Non sunt mutati, sic sunt ut a me facti sunt. Et tu qui loqueris, nisi de me praesumeres, ubi esses? Nisi gratia mea plenus esses, nonne ante Baal etiam ipse genu flecteres? Gratia autem mea plenus es; quia nihil de tua virtute, sed totum de mea gratia praesumpsisti. Noli ergo in hoc gloriari, ut putes te in servitio tuo non habere conservos: sunt quos elegi, sicut et te, de me scilicet praesumentes: sicut ait Apostolus, *Et nunc reliquiae per electionem gratiae salvae factae sunt.*

Caput III.—4. *Gratiae Dei totum debent electi.*—Cave, o christiane, cave superbiam. Licet enim imitator sanctorum sis, totum semper gratiae reputa: quia ut esset aliquid reliquum, gratia in te Dei, non tuum meritum fecit. De ipsis denique reliquiis dixerat propheta Isaias commemorans: *Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorrha similes fuissemus* (Is 1,9; Rom 9,29). *Sic ergo,* inquit, *et in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae salvae*

[1] Posible alusión a los pelagianos.

mérito tuyo, pues *de otro modo la gracia ya no es gracia.* Si presumes de tus obras, se te da la recompensa y ya no es gratuito lo que se te concede. Si, pues, es gracia, se da gratuitamente. Y ahora te pregunto: «¿Crees, ¡oh pecador!, en Cristo?» «Creo», dices. ¿Qué crees? ¿Que por él se te pueden perdonar gratuitamente todos los pecados? Posees lo que creíste. ¡Oh gracia, otorgada gratuitamente! Y tú, ¡oh justo!, ¿por qué crees que sin Dios no puedes mantener la justicia? Atribuye entonces de forma absoluta a su piedad el ser justo, y el ser pecador atribúyelo a tu maldad. Sé tú el acusador y él será tu indultor. Todo crimen, todo delito, todo pecado se debe a nuestra negligencia, y toda virtud, toda santidad, a la divina clemencia. Vueltos al Señor...

SERMON 101

Tema: El envío a la misión (Lc 10,2-6).

Lugar: Cartago, en la basílica de Fausto.

Fecha: Inicio de su episcopado.

1. La lectura del texto evangélico que se ha recitado hace poco nos invita a investigar y, si somos capaces, a indicar qué significa la mies de que habla el Señor: *La mies es mucha, pero*

factae sunt. Si autem, gratia, inquit, *iam non ex operibus;* id est, iam non de tuo merito extollaris: *alioquin gratia iam non est gratia* (Rom 11, 6). Si enim de tuo opere praesumis; ergo merces tibi redditur, non gratia condonatur. Si autem gratia est, gratis datur. Interrogo **[605]** nunc: Credis, o peccator, Christo? Dicis: Credo. Quid credis? Gratis universa peccata per ipsum tibi posse remitti? Habes quod credidisti. O gratia gratis data! Quid tu, iuste, credis te sine Deo non posse servare iustitiam? Ipsius ergo totum reputa, quod iustus es, pietati: quod autem peccator es, tuae iniquitati adscribe. Esto accusator tuus, et ille erit indultor tuus. Omne enim crimen facinus, vel peccatum, nostrae est neglegentiae: et omnis virtus et sanctitas, Dei est indulgentiae. Conversi ad Dominum.

SERMO CI (Wilmart 20)

[SPM 1,44] *(PL 38,605)*

SERMO HABITVS CARTHAGINE IN BASILICA FAVSTI DE MESSE ET SEMINATORE ET PRAEDICATIONE EVANGELII (Lc 10,2ss)

1. In lectione euangelii quae modo lecta est admonemur quaerere et, si potuerimus, dicere quae sit messis de qua dominus ait: *Messis*

los obreros son pocos. Rogad al Señor de la mies que envíe operarios a su mies. Entonces agregó a los doce discípulos, a quienes llamó apóstoles, otros setenta y dos y los envió a todos, como resulta de sus palabras, a la mies ya sazonada. ¿Cuál era aquella mies? No hallándose la mies en los gentiles donde no se había sembrado, resta sólo entender que se encontraba en el pueblo judío. A esta mies vino el dueño de la misma. A esta mies envió a los segadores. A los gentiles, en cambio, envió no segadores, sino sembradores. Nos parece, pues, que la mies fue recogida en el pueblo judío. De ella fueron escogidos los mismos apóstoles. Allí estaba ya madura para la recolección, pues la habían sembrado los profetas. Deleita contemplar la agricultura de Dios, recrearse en sus dones y trabajar en su campo. En él trabajaba quien decía: *Yo trabajé más que todos ellos.* Mas ¿no le daba fuerzas para ello el Señor de la mies? Por esto añade: *Mas no yo, sino la gracia de Dios conmigo.* Que estaba bien impuesto en el oficio de la agricultura lo demuestra con suficiencia al decir: *Yo planté, Apolo regó.* Este apóstol, de Saulo convertido en Pablo, es decir, de soberbio en el más pequeño —Saulo, en efecto, deriva de Saúl y Pablo de *paulo* (poco) [1]—, interpretando en cierto modo su nombre, dice: *Yo soy el más pequeño de todos los apóstoles.* Este Pablo, es decir, este pequeño, este mínimo, fue enviado a los gentiles. El mismo dice que fue enviado en primer lugar a la gentilidad. El lo escribe,

multa, operarii autem pauci. Rogate dominum messis ut mittat operarios in messem suam (Lc 10,2). Tunc adiecit discipulos duodecim quos et apostolos nominauit, alios septuaginta et duos, et misit omnes, sicut ex uerbis eius apparet, ad paratam messem. Quae erat ergo illa messis? Non enim illa messis in his gentibus erat ubi nihil erat seminatum. Restat ergo ut intellegamus istam messem fuisse in populo iudaeorum. Ad illam messem uenit dominus messis. Ad illam messem misit messores; ad gentes autem non messores, sed seminatores. Intellegimus ergo messem factam in populo iudaeorum. Ex illa enim messe apostoli ipsi electi sunt. Ibi iam quod meteretur maturum erat, quia ibi prophetae seminauerunt. Delectat inspicere agriculturam dei et oblectari donis eius et operari in agro eius. In hac enim agri**[45]**cultura operabatur qui dicebat: *Plus omnibus illis laborauit.* Sed uires ei non dabantur ad operandum a domino messis? Ideo subiecit: *Non ego autem, sed gratia dei mecum* (1 Cor 15,10). Nam se in agricultura uersari satis ostendit, ubi ait: *Ego plantaui, Apollo rigauit* (1 Cor 3,6). Hic autem apostolus de Saulo Paulus, hoc est de superbo minimus—Saulus autem a Saule denominatur, Paulus a modico nominatur; paulum enim modicum est, unde nomen suum quodam modo interpretatum ait: *Ego enim sum minimus inter omnes apostolos* (1 Cor 15,9)—iste ergo Paulus, id est modicus et minimus, missus est ad gentes. Praecipue ad gentes se missum ipse dicit.

[1] La interpretación de Agustín se coloca dentro de su sistema de ver significados en todas partes. En realidad, aquí no se trata más que abandonar la forma semita del nombre para tomar la latina.

nosotros lo leemos, creemos y predicamos. Afirma en su carta a los Gálatas que, después de la llamada del Señor Jesús, vino a Jerusalén y cotejó su Evangelio con el de los demás apóstoles, y que se estrecharon las manos en señal de concordia y armonía, porque en nada discrepaba con el que ellos habían aprendido de Jesús. A continuación dice que convinieron él y ellos en ir él a los gentiles y ellos a la circuncisión, él como sembrador y ellos como segadores. Con razón los atenienses, aunque sin saberlo, le impusieron ese nombre, pues, oyéndole hablar, dijeron: *¿Quién es este sembrador de palabras?*

2. Prestad atención, pues. Gozaos contemplando conmigo dos clases de mies: la una en sazón y la otra en perspectiva. La madura en el pueblo judío, y la que está en ciernes, en el gentil. Vamos a probarlo. ¿Cómo, sino con la Escritura del dueño de la mies? Contamos con lo escrito en el presente capítulo: *La mies es mucha, pero los obreros son pocos. Rogad al dueño de la mies que envíe obreros a la mies.* Y puesto que en aquella mies iban a encontrarse con judíos que habían de contradecirlos y perseguirlos, añadió: *Ved que os envío como corderos en medio de lobos.*

Tal es la mies; hablemos un poco más sobre ella para evidenciarla más. Junto al pozo donde, según el Evangelio de San Juan, se sentó el Señor fatigado, se obraron grandes misterios que la brevedad del tiempo impide comentar en su totalidad. No obstante, escuchad con atención lo que sea posible decir. Nos propusimos demostrar que la mies estaba en el pueblo en

Ipse scribit, nos legimus, credimus, praedicamus. Ipse ergo dicit *(606)* in epistola sua quae est ad Galatas (2,1-9) uocatum se iam a domino Iesu uenisse Hierosolimam et euangelium cum apostolis contulisse, dextras sibi datas fuisse, signum concordiae, signum consonantiae, quod ab eis quae ipsi didicerant in nihilo discrepabat. Deinde placuisse dicit inter se et ipsos ut ipse ad gentes, illi autem in circumcisionem irent: ille seminator, illi messores. Merito etiam Athenienses, quamuis nescientes, nomen eius edixerunt; audientes enim ab eo uerbum: *Quis est hic,* inquiunt, *seminator uerborum?* (Act 17,18).

2. Adtende ergo. Delectet uos mecum inspicere in agricultura dei messes duas, unam transactam, aliam futuram: transactam in populo iudaeorum, futuram in populis gentium. Probemus hoc. Et unde, nisi de scriptura domini messis. Ecce habemus hic in praesenti capitulo dictum esse: *Messis multa, operarii pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam.* Sed quia in illa messe futuri erant contradictores et perse**[46]**cutores iudaei, *Ecce,* inquit, *mitto uos sicut agnos in medio luporum* (Lc 10,3). Euidentius de hac messe aliquid ostendamus. In euangelio secundum Iohannem, ad puteum ubi fatigatus dominus sedit, magna quidem acta sunt sacramenta: sed angustum tempus est ut omnia pertractentur: quod autem pro tempore pertinet, adtenti audite. Suscepimus enim messem ostendere in populis in quibus

que predicaron los profetas. En efecto, ellos fueron los sembradores para que los apóstoles pudieran ser más tarde los segadores. Conversando el Señor Jesús con la samaritana, al decirle él, entre otras cosas, cómo debía ser adorado, ella contestó: *Sabemos que ha de venir el Mesías llamado el Cristo y que él nos enseñará todas las cosas.* A lo cual Cristo le repuso: *Soy yo, el que está hablando contigo.* Da fe a lo que oyes, a lo que ves. *Soy yo, el que está hablando contigo.* ¿Qué había dicho ella? *Sabemos que vendrá el Mesías, a quien anunciaron Moisés y los profetas, el cual se llama Cristo.* Ya estaba cargada la mies. Había recibido la virtud de germinar gracias a la siembra de Moisés y los profetas y, ya madura, esperaba a los apóstoles para la siega. Tan pronto como oyó aquellas palabras, creyó y, dejando el cántaro, corrió rápidamente y comenzó a anunciar al Señor. Mientras tanto, los discípulos se habían ido a comprar alimentos. Al regreso se maravillaron de ver al Señor hablando con la mujer samaritana, pero no se atrevieron a decirle *¿Qué o por qué hablas con ella?* Aunque extrañados, reprimieron su curiosidad. No era novedad el nombre de Cristo para esta samaritana; ya esperaba su advenimiento; tenía fe en que había de venir. ¿Cómo sería esto posible, si nadie hubiera sembrado? Oíd esto mismo con palabras más claras. Dice el Señor a sus discípulos: *Decís que aún está lejos el verano; alzad vuestros ojos y ved los campos blancos para la siega.* Y añadió: *Otros trabajaron y vosotros os asociasteis a sus tareas.* Trabajaron Abrahán, Isaac, Jacob, Moisés y los profetas. Trabajaron sem-

prophetae praedicauerunt: ideo enim illi seminatores ut apostoli possent esse messores. Samaritana mulier loquitur cum domino et inter cetera, cum dixisset ei dominus quomodo debet adorari deus, ait illa: *Scimus quia ueniet messias qui dicitur Christus, et omnia nos docebit;* et dominus ad illam: *Ego sum qui loquor tecum* (Io 4,25.26). Crede quod audis, quod uides, *Ego sum qui loquor tecum.* Quid autem illa dixerat? *Scimus quia ueniet messias, quem adnuntiauit Moyses et prophetae, qui dicitur Christus.* Iam ergo spissa messis erat. Gignenda acceperat Moysen et prophetas seminatores; apostolos exspectabat matura messores. Mox ut hoc audito, credidit, hydriam dimisit et festinanter, cucurrit, et adnuntiare dominum coepit. Discipuli ierant ad coemendos cibos. Qui redientes inuenerunt dominum loquentem cum muliere, et admirati, non sunt tamen ausi dicere: *Quid uel quare cum illa loqueris?* (ib., 27); admirationem apud se habuerunt, audatiam cordis presserunt. Huic ergo samaritanae non erat nouum nomen Christi. Iam exspectabat uenientem; iam crediderat esse uenturum. Vnde crediderat, si nemo seminasset? Sed hoc expressius audite. Dominus ad discipulos ait: *Dicitis quia adhuc longe est aestas. Leuate oculos uestros et uidete albas regiones ad messem,* et adiungit: *Alii laborauerunt et uos in labores eorum intrastis* (ib., 35.38). Laborauit Abraham, Isaac, Iacob et Moyses, *(607)* prophetae. Laboraue-

brando. A la llegada del Señor la mies estaba madura. Enviados los segadores con la hoz del Evangelio, acarrearon los haces a la era del Señor, en que Esteban había de ser trillado.

3. De aquí recibió Pablo la semilla. Es enviado a la gentilidad y no lo calla al recordar la gracia recibida de modo principal y especial para esta función. Dice en sus escritos que fue enviado a predicar el Evangelio allí donde Cristo aún no había sido anunciado. Pero como aquella otra siega ya tuvo lugar y los judíos que quedaron eran paja, prestemos atención a la mies que somos nosotros. Sembraron los apóstoles y los profetas. Sembró el mismo Señor; él estaba, en efecto, en los apóstoles, pues también él cosechó; nada hicieron ellos sin él; él sin ellos es perfecto, y a ellos les dice: *Sin mí nada podéis hacer.* ¿Qué dice Cristo, sembrando entre los gentiles? *Ved que salió el sembrador a sembrar.* Allí se envían segadores a cosechar; aquí sale a sembrar el sembrador no perezoso. Pero ¿qué tuvo que ver con esto el que parte cayera en el camino, parte en tierra pedregosa, parte entre las espinas? Si hubiera temido a esas tierras malas, no hubiera venido tampoco a la tierra buena. Por lo que toca a nosotros, ¿qué nos importa? ¿Qué nos interesa hablar ya de los judíos, de la paja? Lo único que nos atañe es no ser camino, no ser piedras, no ser espinas, sino tierra buena —*¡oh Dios!, mi corazón está preparado*—para dar el treinta, el sesenta, el ciento, el mil por uno. Sea más, sea menos, pero siempre es trigo. No sea camino donde el enemigo, cual ave, arrebate la semilla pisada por los transeúntes; ni pedregal donde

runt seminando. In aduentu domini matura messis inuenta est. Missi **[47]** messores cum falce euangelii portarunt manipulos ad ream dominicam ubi Stephanus trituraretur.

